DE

PHILIBERTI BUGNONII

VITA

ET EROTICIS VERSIBUS

DE

PHILIBERTI BUGNONII

VITA

ET EROTICIS VERSIBUS

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

F. BRUNOT

LUGDUNI

TYPIS MANDABAT STORCK

CIↃIↃCCCXCI

DILECTISSIMO MAGISTRO

AVGVSTO GERLACH

IN DEODATENSI COLLEGIO PROFESSORI

GRATI ANIMI PIGNVS

D. D. D.

PRÆFATIO

—

Tout jugement de cette infinité
Ou tous concepts se trouvent superflus
Et tout aigu de perspicuité
Ne pourraient joindre au sommet de son plus.
    Car seulement l'apparent du surplus
Premiere neige en son blanc souveraine,
Au pur des mains délicatement saine,
Ahontirait le nu de Bersabée,
Et le flagrant de sa suave haleine
Apourirait l'odorante Sabée.

Cujus sint hi versus interrogatus, forsitan ad hæc nostra tempora te vertas, dubiusque inter illos hæreas, qui nomine ipso, quo sectam nuncupaverunt, sese a communi usu, ne dicam sensu, decidisse professi sunt, non vero tibi succurrat auctorem esse Sævam, veterem illum obscurumque poetam, cujus nemo fere meminit, neque facile, credo, tibi persuadeas hoc carmen ab ætate esse profectum, qua litteræ vix adolescebant, nedum inclinarentur. Ita tamen se res habet.

Nihil vero a me inservitum temporis causa, cum de obscuris ignoti viri versibus hunc libellum commentari cœpi.

Nec rursus sola suasit cupido inquirendarum urbis, quæ me tanquam altera patria excepit, originum.

Sed cum eam præsertim ætatem litterarum linguæque nostræ amplexus sim, quæ a primis annis sæculi XVI[mi] ad Malherbium pertinet, credidi me illorum temporum historiæ non inutilem silvam afferre posse, novis vocabulis novisque formis dicendi collectis, quas frustra apud alios requiras. Pauca sunt quæ afferam, alter fortasse de ceteris curabit.

Jam vero ex parvulo hoc opere videbis quanti intersit poetas, quos Lugdunenses appellare mihi liceat, cognoscere, quibus

usque ad hanc diem hinc Ronsardus, illinc Aloysia Labæa offecit. Illi enim, nisi fallor, maxima audacia novam viam aperuere, et ista renovatio, quam Ronsardum Bellaiumque intra muros collegii, auctore Aurato, magistris antiquis, totam excogitavisse fere inter omnes convenit, a nostris partim profecta est.

Hæc jam præstrinxit Bourciez in Thesi apud hanc Facultatem, sed in transitu, ut eum decuit, qui sibi aliud ac majus propositum haberet, et ita breviter ut aliquid amplius addere me posse non desperaverim. Imo major mihi ea materia visa est, quam ut totam nunc mihi sumerem. Nam si quis de unius Sævæ, ut vere loquar, vita atque operibus disputare velit, vix justum volumen sufficiat. Nonne vero sæpius a discipulo quæ fuerint magistri exempla præceptaque discis ac vides? Quid quod Bugnonius, licet ignotus, is est quem ignotum manere non deceat?

De Philiberto Bugnonio vide :

Arcelin, *Indicateur héraldique et généalogique du Màconnais*, Mâcon, 1865, p. 73.

Biographie universelle, v° Bugnyon.

Bréghot du Lut, *Nouveaux mélanges*, p. 44.

Bréghot du Lut et Péricaud, *Biographie lyonnaise*, Lyon, 1839.

Brunet, *Manuel du libraire* (Bugnyon, Lysias, Fustallerus).

Buder, *Bibliotheca juris*..., ed. Chr. Gottlieb Buder. Iena, 1720, p. 311.

Bullioud, *Lugdunum sacroprofanum* (Ind. quart.) — (Cf. infra, Append. I).

Colletet, *Vies des poetes françois* (Cf. infra, Append. II.).

Duverdier, *Bibliothèque*, éd. Rigolet de Juvigny, p. 191.

Gesner, *Bibliotheca*, Tiguri, 1683.

Gloria, *Notice bibliographique sur Philibert Bugnyon*, in *Annales de l'Académie de Mâcon*, 1883, 198.

Goujet, *Bibliothèque poetique*, XII, 113.

Jeandet, *Pontus de Tyard*, Paris, Aubry, 1860.

Mâcon au XVIe siècle, Annales. de l'Ac. de Mâcon, V, 275.

La Croix du Maine, *Bibliothèque*, éd Ab. l'Angelier, 1584, p. 373.

Lelong, *Bibliothèque historique*.

Lipenius, *Bibliotheca realis juridica*. Franc. ad Mœnum, 1679, 203 a.

Michon, *Discours*, in *Annales de l'Académie de Mâcon*, 1867, VI, 351.

Papillon, *Bibliothèque des auteurs de Bourgogne*.

Péricaud, *Notes et documents pour servir à l'histoire de Lyon* (passim).

Ragut, *Statistique de Saône-et-Loire*, Mâcon, 1838.

Saint Jullien de Balleure, *Deux livres des antiquitez de Mascon*, Paris, N. Chesneau. 1580, p. 239 et 265.

Quæ omnia, præter optimos Abelii Jeandet libros, rerum Matissanarum peritissimi scriptoris, et opusculum Gloriæ de quo infra agetur, minimum mihi fructum attulerunt. Itaque me, præsertim quod ad vitam Bugnonii spectat, ad ipsa potissimum documenta verti, si quæ in Archio superessent. Quod si pauca Matiscone eruere potui, nulla in benevolentissimo viro L. Lex culpa est, qui mihi sese obvium tulit ac prope laboris socium præbuit. Lugduni vero præcipue adfuit vir mihi amicus, Georgius Guigue, Archio servando præpositus, qui mihi quæcumque vel integra vel prope exesa ac disjecta volumina evolvere libitum est, in manus dedit, hærentique haud semel auxiliatus est. Quamobrem, accepti beneficii memor, nomen ejus hic inscribere volui.

Lugduni, pridie Kal. Febr. ciɔiɔccclxxxxi

PARS I

DE PHILIBERTI BUGNONII VITA

PARS I

DE BUGNONII VITA

Cujas fuerit Bugnonius ipse tradidit, qui nomini cognomen Matisconensem sæpissime addidit, et ab oppido Matiscone se oriundum non semel memoravit, ne quis videlicet malevolus extra pomœrium inclytæ urbis tantum virum natum esse suspicaretur. Cum autem, qui parentes fuerint, tacuerit, magnam dubitationem habet, quod Arcelin temere scripsit de genere nostri, eum domus illius nobilissimæ partem atque heredem fuisse, ex qua nonnulli ad summos consulatus honores in urbe sua pervenerunt (1).

Cautior Gloria, ut qui sæpius de hereditate litigantes audierit, compertumque habeat similitudinem nominum nihil de cognatione testari, nihil aliud quam conjicit eum cum illo Claudio Bugnonio cognatum fuisse qui bis inter scabinos Matisconenses anno Domini CIƆIƆXXXV et CIƆIƆXLIX electus est (2).

Ego vero conjecturam novam in re vetustate obruta non interponam, cum, chartis Matisconensibus minore, fateor, spe quam cura evolutis, nulla de hac domo documenta afferre possim, imo contra, ut vere dicam, ex hac investigatione novus scrupulus animo injectus sit.

(1) Ceterum nostrum Claudium idem nuncupat. V. Indicat. héraldique e généalogique du Mâconnais p. 73.

(2) Hic est illius Claudii cursus honorum, quem ex regestis Bernardi restituere licet : Echevin 1526 1535; électeur du tour 1535; échevin 1549, 1551 ; électeur du tour 1550. Obiit ante annum CIƆIƆLIV, nam in tabulis censuum anni CIƆIƆLIV et CIƆIƆLV, de vidua ejus mentio fit (Arch. Matisc. CC. 13, f° 4 et 7).

Periere enim, si unquam fuere, sacerdotum libelli, et, quæ ad hoc tempus pertinebant, tabellionum instrumenta ; in insinuationum vero serie multa volumina desiderantur : quæ autem supersunt multa de rebus publicis, perpauca de privatis, nihil de nostro afferunt.

Attamen ex iis liquet non unam sed plures familias Matiscone exstitisse ejusdem nominis, quanquam ii omnes, qui de re scripserunt, unius meminisse videntur. Primum alter Bugnonius, cui Petrus prænomen fuit, eodem fere tempore floruit, et honores Claudii prope æquavit (1).

Dein tertium Bugnonium prænomine Aymé tum vixisse et ante annum CIƆIƆLIIII fato functum esse ex regestis novimus, quibus vidua ejus et heredes inscripti sunt (2).

Quomodo omnes inter se cognati fuerint, quomodo Philibertus cum illis, ignoramus. Sed si aliqua inter hunc et Claudium fuisset cognatio, pace ipsius dicam, genere, ut veteres aïebant, potens, se Memmii claram propaginem esse si non jactavisset, certe significasset. Libentius Claudio illo alterum Claudium ortum esse existimem, qui, natus circa annum CIƆIƆXLIX, servato paterno aut avito prænomine, Margaritæ Billet sponsus, eam Margaritam genuit, quam uxorem tabellio regius, nomine Desvignes, vicesimo quinto die jan. an. dom. CIƆIƆCXVI duxit (3).

Ceterum, si temporis injuria hujus ætatis scripta non abolita essent, inveniremus et alios fortasse Philiberti cognomines, nam cum libellum nuper repertum, qui in indice Archivi Matisconensis non recenseri potuit, evolveremus, quo sacerdos parochiæ a Sancto Petro dictæ acta intra quinquennium

(1) Si eidem Bernard, de quo supra egi, credas, anno CIƆIƆXXI primum, deinde anno CIƆIƆXXVI id munus accepit quod gallice vocabatur : electorat du tour.

(2) Arch. Matisc. CC, 13 f° 4. Cf. f° 7 (an. MDLV).

(3) Obiit hic Claudius primo die mensis maii an. CIƆIƆCIV. Arch. Matisc. GG, 46. Altera eidem Claudio Bugnonio fuit filia, nomine Aymee, quæ donationem accepit a J. Baptisto Billet, in senatu Parisiensi procuratore et monetæ servandæ præposito (April. CIƆIƆXCV). Arch. Matisc. B. 1335, p. 271.

CIↃIↃLXXXXIV-CIↃIↃLXXXXVIIII collegit, incurrimus in aurificem nomine Bugnonium, prænomine Honoré Bon, cui filia nata est nomine Francisca, mense nov. CIↃIↃLXXXXIV (1).

Omissis igitur conjecturis, quas nullis testimoniis comprobatas pro meo jure sumere recuso, venio ad rem multo majoris momenti : nam ut quo patre oriundus sit Bugnonius ignorare licet, ita quo anno in lucem venerit scire maxime ad rem nostram interest.

***

Colletet more suo annum, quo florentem poetam invenit, indicat, scilicet millesimum quingentesimum sexagesimum septimum. Cum vero neque Goujet neque Bullodius de re opinionem suam reliquerit, nescio quo auctore nostrates rem haud dubiam esse sibi finxerint, anno CIↃIↃXV natum esse Bugnonium.

Solus Gloria, ut qui attentius « Erotasmata » legerit, commentitiam opinionem communem esse monstravit ex carmine libelli uno et quinquagesimo, scripto, ut infra videbimus, circa annum CIↃIↃLV, quo quintum lustrum se nondum explevisse poeta significat (2).

Quod si quis obscurissimi viri versibus rem non satis aperte declarari æstimaverit, alia argumenta eam planam facient.

Etenim ipse Bugnonius, in « Legibus abrogatis », sese refert « adolescentulum discipulum apud excellentes et inclytos viros Turnebum, Strazellum, Coronæum, Gaupylum et Aura-

(1) Addo nomen Bugnonii non ita rarum fuisse quin Lugduni quoque plures ejusdem nominis exstiterint eodem tempore, qui cum nostro nulla cognatione juncti esse videntur : Bartolomæus et Oliverius. (Arch. curiæ præsid. Lugdun. CIↃIↃLXVI, ultima die januarii). Nec mirum, cum illud vocabulum *bugne*, a quo Bugnon aut Bugnyon facile duci potest, in vulgari provinciæ lugdunensis lingua usitatissimum sit, atque adhuc ii quorum mens parum acuta habetur, *bugnes*, vel *bugnasses* haud raro dicantur.

(2) Qui voudra voir comme il se montre illustre,
A m'envahir luy mien cinquieme lustre
Vienne à Macon ou ma dame demeure (p. 40).

tum græcas litteras didicisse » (1), quorum plures ita notuere ut quo tempore noster eos audire potuerit mathematicorum ratione concludere nobis in promptu sit (2). Omitto enim Gaupylum qui, quanquam doctoris gradum anno domini CIƆIƆXLVIII demum capessivit, ita tamen multo ante in græcis litteris versatus erat ut ejus Danes epigrammata cum veteribus publice conferre non dubitaret. Omitto quoque Strazellum, qui primum functi Danis cathedram anno domini CIƆIƆXXXVI occupavit, sed jam magistro longis itineribus vaganti anno CIƆIƆXXX suffectus erat. Etiamsi anno CIƆIƆXV natus esset Bugnonius, illis magistris uti potuisset.

Sed cum Coronæus, antea hebraicæ linguæ lector, græcam linguam primum ab anno CIƆIƆXXXXIII docere cœperit, et anno CIƆIƆXXXXVII Turnebus, cujus sæpius meminit noster in scriptis, Tolosis revocatus sit, se vixisse Lutetiæ et scolas frequentasse post annum illius sæculi quadragesimum septimum, Bugnonius loco supra allato aperte significat. Quod si, ut ipsius verbis utar, adolescentulus etiamtum fuit, circa annum CIƆIƆXXX natum esse eum probabiliter potest confici.

Ceterum hæc ratiocinatio nostra cum vita tota Bugnonii convenit, si res ad temporum rationem revocare volumus. Excedebat fidem ac pæne ridiculum videbatur eum ultra tricesimum sextum ætatis annum juri studuisse ac Johannem Angelum Papium Æmiliumque Ferretum audivisse (3), deinde, annos quadraginta jam natum, juvenilium et amorum librum composuisse, nec ullum certum vitæ cursum secutum esse, imo impleto quinquagesimo octavo anno de florenti ætate loqui

(1) Pag. 28 et 328.

(2) De iis omnibus vide Goujet, *Mém. histor. et littéraire sur le Collège royal*, Paris, 1758, passim.

(3) « Auditor ego quondam Joannis Angeli Papii Parthenopei. » (*Loix abr.* p. 213). « Feu Pierre Coustau, que militant sous ce grand Æmille Ferret, j'ay autresfois eu pour compagnon d'estude. » (*Ord. de Moul.* p. 205. Cf. *Loix abrog.* p. 457 et *Erotasmata*, LVII).

Scimus Ferretum circa annum millesimum quingentesimum quinquagesimum, Papium vero primum anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto apud Cavares docuisse. (V. Tiraboschi, *Stor. dell. lett. ital.* VII, 1103, (ed. 1824).

potuisse (1), invito quidem Horatio magistro, qui tam modeste de viribus, octavum trepidante anno claudere lustrum, loquitur. Ponamus autem Bugnonium, ut supra dixi, circa annum CIƆIƆXXX natum esse, omnis obscuritas tollitur.

Hæc sunt quæcumque de nostri studiis comperi, nisi forsan cupidus sis legendi aliquot versus quos Bugnonius, in adolescentia conditos, « quamvis nullum omnino fructum sibi parere possent », ne quid ex suis « aut sentu aut scalore aut situ obliteraretur », operæ pretium duxit adscribere in Legibus abrogatis (2) :

Rex erat Ægypti quondam spectatus Amasis,
  Ut veteris memorat pagina docta sophi.
Qui licet a Druso, nec Cæsare duceret ortum,
  Dignus erat regni sceptra tenere manu.
Non tamen aut Fabiæ quæsivit stemmata gentis,
  Aut quod habet magni, vulgus amicitias :
Sed Drusos voluit pelvi, Fabiosque docere,
  Ingenii stupidum vulgus habere nihil,
Erexit tandem media rex fortis in urbe
  Pelvim, quæ formam Vœjovis acceperat.
Tum docuit plebem Drusi, nec Cæsaris ortus
  Nobilitare, nec has quas veneratur opes.
Nonne vides, retulit, pelvim mutasse figuram,
  Et sumpsisse novi protinus ora dei ?
Sic mihi vos æquum est tantos deferre triumphos,
  Quantos pelvis habet, quæ nisi forma nihil.
Si dicor pauper, pelvis non ditior est me,
  Rex ego sum, vestrum est ac mea vota sequi.

More temporis illius, latinis et græcis litteris imbutus, quas, si dicere licet, nimio semper amore coluit, nihil didicit quod ceteri non discerent, nisi forte italicam linguam (3). At ut disciplina communis, ita magistri egregii fuerunt. Inter quos

(1) *Loix abr.* p. 263.

(2) *Loix abr.* pag. 28.

(3) Italica enim verba interdum affert. V. orationem Lysiæ translatam pag. 19 v°, 20 r°, 26 r°, et *Comm. sur les Ordon. de Moulins*, passim.

et ille Auratus fuit, qui eodem fere tempore Ronsardum ejusque commilitones antiquas litteras docebat.

Inde, cum ex Bugnonii versibus nonnihil ars Ronsardica redoleat, quærendum esse videtur, quod quidem nostra maxime interest, num in eodem ludo obvii inter se aliqua consuetudine conjuncti fuerint. Primo aspectu argumento huic conjecturæ videtur esse, quod Bugnonius orationem numeris vinctam a Bellaio relictam, suis versibus commendatam, primum edidit (1).

(1) *Docte et singulier Discours sur les quatre estats du Royaume de France, deploration et calamite du temps present* composé par feu Joach. du Bellay, gentilhomme Angevin et excellent poete françois. Lyon, Ben. Rigaud, 1567. Exstat in Bib. Lugd., Rec. vert, II, 22. In tergo paginæ primæ Bugnoni carmen francogallicum (XIV versus) invenias, quod incipit :

Syre, vostre royaume a esté florissant...

in commentariis de edicto Molinensi iterum abscriptum (pag. 264). In extrema pagina versum Horatii « Cœlo musa beat » Bugnonius vertit :

Les muses tirent du tombeau
Des doctes le divin troupeau.

Digna est hæc editio quæ attentum moveat, si quis rursus Bellaii carmen edere velit. Plurimi enim versus ab iis quos legas et in veteribus impressionibus et in editione a Marty-Laveaux data abhorrent, seu uno verbo seu pluribus. V : vers. 6, 32, 41, 62, 105, 113, 135, 146, 216, 219, 247, 248, 267, 278, 296, 304, 310, 328, 343, 344, 366, 379, 399, 441, 448, 482, 487, 489, 504, 508, 533, 578. 595, 597 et seq. 636.

Non quod Bugnonii opus ut absolutum sequi possis. Imo mediocri cura correctum esse plurimæ mendæ testantur. (v. gr. p. 6, v. 5 : seigneur = soigneux; qui du fertile rend = qui d'infertile rend; cf. v. 95).

Sæpius deinde articulos aut pronomina suo more omisit Bugnonius (v. pag. 4, v. 32 : duquel tenez = dont vous tenez; cf. p. 6 versum tertium a fine.)

Et inepte quidem scripsit ;

Gardera que *la mer* maintenant escossoise
En passant l'Océan ne devienne françoise.

Lege : *le mal... escossois... françois.*

Imo quinquaginta versus (699-749) aut negligentia omisit aut sustulit.

At contra feliciter aliquot versus restituit. Vide p. 14, Bellaii 335 :

Imite donc, ô Roy, l'exemple du bon pere

Apud alios : Imite doncq' le Roy, l'exemple du bon pere

Cf. p. 19, v. 468, 502 :

Sans rechercher plus loing
L'Estat de l'Allemaigne et du regne escossois.

Apud alios : et de vostre escossois.

Tandem duos versus qui in veteribus editionibus desunt restituit, seu in codice eos legit, seu ipse finxit 483-481 (Bug. pag. 20, Bellaii pag. 503).

Non negari potest, nisi et nostrum et bibliopolam mendacii postulare velis, ex ipso codice hanc orationem editam esse, quod Bugnonius in adnotationibus ad edictum Molinense apertis verbis asseverat, allatis aliquot Bellaii versibus (1).

Nusquam tamen se aliquid rationis cum Bellaio habuisse declarat, nec codicem sibi datum esse tanquam curatori testamento fingit, sed contra ab amico quodam et studiorum socio traditum, qui cum utroque conjunctus esset (2). Commissam igitur hanc orationem Bugnonio satis per se verisimile est, ut qui ipse versus componeret, sæpiusque cum bibliopolis Lugdunensibus versatus a se expurgatum absolutumque libellum e manibus in manus iis dare edendumque curare posset. Nihil ergo in hac re argumento est ut credamus inter Pleïadis sodales et nostrum necessitudinem aliquam fuisse. Nam quod Ronsardum Bellaiumque divinos salutat, quod infra videbimus, exemplo fere omnium fecit. Aliud quidem sentirem, si nomen ejus vel semel in operibus illorum occurreret; sed, seu eum contemnebant seu ignorabant, Bugnonii immemores, quod sciam, fuisse videntur. Quomodo de amico vel obscuro omnino tacuissent?

*
* *

Circa annum CIↃIↃXXXXIX Bugnonium Universitatem Parisiensem reliquisse suspicor (3), ut juri studeret. Non quod certo sciam qua in urbe, quo anno ad summos doctoris gradus perve-

(1) Pag. 32 et 208. Cf. Bibliopolæ ad lectorem præfationem in oratione ipsa.

(2) Lequel discours m'a communiqué un mien amy et compagnon d'estudes, pour le revoir et faire mettre en lumière, ou j'espère qu'il sera dans peu de temps. (*Com. sur Moul.* 208).

(3) Etenim lib. I, cap. CCXXXIII *Leg. abrog.* testatur Bugnonius se Æmylium Ferretum « doctorem apud Cavares *per triennium* cum Mauro, Antesignano et Costalio habuisse. » Qui cum fato functus sit id. jul. anni CIↃIↃLII, liquet eum Cavares, ut eodem verbo utar, jam anno CIↃIↃXXXXIX petiisse. Quidquid id est, adfuisse Bugnonium, cum thesim suam ipso anno CIↃIↃL proponeret, testatus est M. Vertravius Maurus in epistola quam in *Thesauro Juris* Everardi Ottonis III loco infra allato legas.

nerit (1). Puto tamen in Valentiniana Universitate, cujus regesta periere, quæ ad hoc tempus pertinebant, eum studia sua absolvisse (2). Quidquid id est, Avenione anno CIↃIↃLIII Giannangelum Papium audiebat (3). Verisimile est præterea eum paulo ante annum CIↃIↃLV et urbem et magistros reliquisse, postquam hac in urbe primos versus, quos iniquissimo animo me recuperare non potuisse fateor, edidisset (CIↃIↃLIIII) (4). Credo tum in urbem patriam eum doctoris laurea ornatum rediisse, ut familiam et amicam, cujus amore, si vere dixit, ardebat, reviseret, nedum honores, ad quos jam ascendisse eum fingit, invitis testibus omnibus, Arcelin, aut occuparet, aut quidem ambiret. Felicius Gloria conjecit (5) eum inter patronos inscriptum, quos defenderet aliquandiu quæsivisse, observantemque jura et consuetudines fori (6), versus meditantem, tempora amoris laborisque inæqualiter dispertivisse.

Non quod opiner diu Matiscone eum cessavisse, nam si illud vale, quo dominam suam Lugdunum profecturus salutat, non extremum fuit, iterumque rediisse Matisconem nostrum credere possumus, eum saltem ibidem non commoratum esse certum

(1) Frustra enim discipulus meus, nomine Ginoux, cui hic gratias agere debeo, Universitatis Avenionensis regesta evolvit. Inter doctores Bugnonii nomen non legitur.

(2) Præterquam enim quod hæc Universitas tum studiosis frequentissima erat, video nostrum cum magistro Roaldesio necessitudinem habuisse : « mihi nuper inquit, præsente Francisco Roaldesio, doctissimo legum apud Valentiam Allobrogum professore, asseruit Josephus Scaliger... » (*Loix abr.* III, XLVII).

(3) Hoc anno Papius primum ad Cavares vocatus est. V. Bardinet, *Univers. Avenionensis historica adumbratio*, Lemov., p. XXI.

(4) *Nuptiale sestine en l'honneur de Pierre de Rosel, conseiller au Présidial de Nîmes, et de D^lle^ Fr. de Savaz sa femme.* Avignon, 1554 apud Barthol. Bonhomme (V. Papill. et ceteros).

(5) *Op. citat.* p. 203.

(6) Je l'ai veu entretenir à Mascon du temps de feu Me Pierre Desagié, prevost. *Lois abrog.* p. 186, (Lege : de Sagie) cf. p. 319. Du vivant de maistre Pierre Desagié, prévost et juge royal ordinaire d'icelle, la cour de la prevosté se tenoit certains jours de la semaine dés une heure aprés mydi jusques à trois. Petrus de Sagie etiam tum præfectus erat, anno CIↃIↃXLV (Arch. Matisc. DD, 6 pag. 33).

est. Quomodo enim, cum jam causarum patronus factus tutelæ suæ esset, e manibus peræquatorum evadere ita potuit, ut non in regestis nomen ejus (1) inveniremus?

*
* *

Urbs fuit Lugdunum, quacum in Gallia nulla nisi regia certabat, Athenis sæpe æquata, vetustate honoratissima, felicissima situ, dives opum atque ædibus publicis privatisque pro illis temporibus magnifica, frequentissima mercatoribus, cui primæ Italici advenæ cultum simul atque opulentiam apportaverant, tum liberalium artium ita amantissima, ut omnes fere quorum nomina ad nos pervenerunt aut eam viserint, aut incoluerint, poetarum vero præsertim scriptorumque omnium sedes et, ut ita dicam, altera patria ac parens, ut quæ non solum eos foveret, sed opera etiam bibliopolarum cura eximie excusa effunderet per orbem (2).

(1) Vide archiv. urb. Matisc. CC. 13, ubi heredes Claudii Bugnonii et vidua heredesque illius Aymé anno CIƆIƆLIIII et CIƆIƆLV, hi XVIII, illi XXXII solidos solvere jubentur.

(2) Animadverte tamen civitatem, paulisper Italia duce ad studium litterarum quasi renascentium conversam, jam tum sui moris ac naturæ memorem ad res mercatorias potissimum rediisse. Cujus rei ut fidem faciam, exemplo est Mellerii ad filium Nicolaum Lutetiæ tum degentem epistola, quam ex Bibliothecæ Lugdunensis scriniis erutam eo magis me juvat hic primum afferre, quod Mellerii Bugnonio familiarissime utebantur.

« Deliberatio tui status inter varios humani judicii amphractus diu me ancipitem et anxium detinuit. Hinc enim urgebat nativitatis tue solum, quo dulcius vix quidquam excogitari potest, excellens et admiranda Lutetie civitatis amplitudo, doctorum hominum cetus ac frequentia : et ex gente materna virorum nobilitas favor et honos, hinc vero ex alio tramite paterni cognominis familia apud coloniam Lugdunensem que te a teneris annis educavit; necnon tuorum amor haud a paterno parum dissidens suam undique causam tuebantur. Sed tandem apud me vicit studiorum parens Lutetia, que doctos alit, divitiis extollit, magistratuum honore in celum usque exaltat. Nostra autem colonia non nisi negotiatorum avaritia fulget, qui sibi in ea primos accubitus venditant, magistratuum auctoritatem spernunt atque parvo habent in precio, ita ut de amplectendo magistratuum honore pauca, imo fere nulla, doctis hominibus spes remanserit; eam ob rem tui status ratio, si qua apud senem patruum remanserit, suadet, ut, meo judicio, relicto mercatorum duce Mercurio, Palladem ipsam sequaris. Quis enim tam iners aut exigui judicii vir reperiri potest quy

Hæc est quæ Bugnonium, ut tot alios, illecebris suis allexit, seu æmulos expertus Matisconenses, inter quos unum notissimum Jacobum Descrivieux afferam, aliquid efficere causas dicendo desperavit, seu potius, juvenum more, majora theatra desideravit, quibus eloquentia prudentiaque sua proponi posset. Nonne enim hæc sibi verba assumpserat : « Spes mea, velle meum ? »

*
* *

Antequam mihi contingeret nomen uxoris eruisse, suspicabar ex epistola quam ad Johannem Angelum Papium Lugduno, Kal. Oct. anni CIƆIƆLVIII miserat, Bugnonium jam cælibem vitam vivere desiisse. Tota enim epistola ad matrimonia pertinet laudesque instituti, quod multo magis patrum risum movit, multis modis doctissimisque argumentis exemplisve extollit. Hic cum Bugnonium audias dicentem « civilem rationem ac disciplinam nihil ab iis egregium fieri nancisci, reque expertam esse ipsa, qui domos sine uxoribus habitarent, quive nullum vel perquam sane rarum commercium cum familiis haberent », nec « quidquid jucundius esse in nuptiis aut gratius, quam pulcherrimam habere prolem in eaque alenda strenuam operam navare (1) »,

magnæ et inclitæ civitatis focos et aras civitatule (ut ita dicam) postponat, in qua Pallas friget, virtus torpescit, littere üllo in precio habentur. Plura plenis velis scripturus essem, nisi mens mea tibi satis nota esset, nisi compertum antea habueris quanta patri tuo objicerent quondam Luteciarum patroni, cum apud Avernos senatus judicia statis diebus edixit, quod relicta Lutetia Lugduni pedem fixisset. Arbitror eum patrem tuum, si lares patrios oblitus fuisset. maximos ante decessum tuum honores adeptum fuisse En igitur, ut puto, tibi cave consules. Ego autem, tanquam alter Anchises Enee filio somnia sua sibi narranti, aio id quod foribus nostris scriptum legitur virgilianum « illud cedamus phebo et moniti meliora sequamur. » Datæ ex Lugduno die XIII^ma^ aprilis 1561 ».

Non vero Bugnonio is pater erat qui, Lugdunenses mores expertus, natum admoneret.

(1) Vide epistol. passim in « *Thesauro Juris romani continente rariora meliorum interpretum opuscula*..., cum præfatione Everardi Ottonis Jcti et antecessoris». Basileæ apud Joh. Lud. Brandmüller MDCCXLIV, p. IƆCCCCLXVII-IƆCCCCLXX, tom. III.

quis, inquam, nisi forte Bugnonius locum communem impudenter tractavit, non sentit hæc fervida verba maritum a nuptiis recentem redolere ?

Quidquid id est, annum MDLVII Lugduni implevit (1), aut posterum saltem inchoavit, nam quarta die mensis Aprilis ejusdem anni puellam Lugdunensem sibi despondebat.

Reipsa, etsi diem certum afferre non licet, inter quartum diem Aprilis et septimum diem junii anni CIↃIↃLVIII nuptias eum conciliasse testantur instrumenta duo, quorum in uno nuptialis pactio fit, in altero vero de accepta dotalis pecuniæ parte, confectis nuptiis, agitur (2). Uxorem sibi, quod nonnullis fortasse parem mirationem afferet atque nobis attulit, eamdem duxit Magdalenam Thevenon, cui versus postea bis dicavit, aut

(1) Si recentiorum ratione numerare velis.

(2) Le 4 avril 1557, avant Pâques, par devant Philibert Perrin, not. roy. citoyen de Lyon, a este traicte de mariage — entre hon[ble] et sage Mons[r] M[e] Philibert Bugnyon, docteur es-droits, natif de Mascon, et hon[ble] fille Magdeleine Thevenon fille légitime d'hon[ble] homme M[e] Jehan Thevenon, procureur es-cours et citoyen de Lyon, et de dame Marguerite de Bourg.

Led. s[r] Thevenon donne à sa fille la somme de 1800 liv. ts., deux robes et deux coptes nuptiales ; — ces 1800 liv., payables : 1500 le jour de la bénédiction nuptiale ; les 300 autres, 100 liv. par année à compter de la fête de S[t] Jean Bap[te] de l'an 1562. — Lad. Marguerite de Bourg donne à sa fille la somme de 200 liv. ts., payables par les héritiers de lad. constituante un an après le décès d'icelle et à semblable jour qu'elle décèdera..... Led. M[e] Jean Thevenon a promis et accorde aud. S[r] Bugnyon le nourrir, lui et sa femme, en sa maison d'habitation, avec lui et lad. Marguerite de Bourg, en leur ordinaire de dépense de bouche et de coucher et lever, gratis et sans leur en pouvoir rien demander, l'espace de trois ans, commençant le jour de la solennisation dudit mariage.

Led. S[r] Bugnyon donne en augmentation et accroissement dud. dot à sadite épouse, la somme de 1000 liv. ts, au cas que sad. épouse lui survive. Lequel epoux oultre les choses susd. a promis et promet habiller et enjoueller sadite espouse de bons et souffisans habillemens, bagues et joyaulx selon l'estat des parties.

Fait à Lyon, en la maison d'habitation dud. M[e] Jehan Thevenon, en présence de Mons. M[e] Ph[e] Moysson, enquesteur en Masconnois : hon[ble] homme Paul de Médicis, marchand lucquois ; et Claude Bossu, clerc demeurant au service dud. Thevenon. *Arch. Lugd. Insinuation. donationum* vol. XV fol. 119.

Le 7 juin 1558, M[r] M[e] Philibert Bugnyon, d[r] ès-droits, avocat ès-cours de Lyon, confesse avoir reçu d'h[ble] homme Jehan Thevenon, procureur ès-cours de Lyon,... la somme de 1500 liv. ts, une robe et une copte draps, en déduction de ce qu'il avait constitué en dot à sa fille. *Ib.*

mutato nomine, aut servato, sed omisso omni indicio, unde quis amicam poetæ jam viginti abhinc annis nuptam fuisse augurari posset. (1).

Felix, quantum scire licet, mutuo amore connubium (2), quem post annos viginti quinque, exacto jam tempore aurearum, ut dicunt, nuptiarum, versibus Bugnonius celebravit.

Felicius quidem, si cum Bugnonio credas « nihil odiosum magis esse, quam præ orbitate extraneos liberos adoptare cogi » (*Epist. ad. Papium*). Pueri enim non defuere, nam quanquam de septem natis in testamento tantum mentio fit, plures habuisse eum facile e regestis nataliciis (3) videas.

(1) V. *Excellente apologie*, p. 7. A Madamoiselle Madeleyne Thevenon, lyonnoise. Attamen litteras quas nomini suo scriptor præfixit : V. M. libenter gallice suppleam : *vostre mary* (l'advocat Bugnyon) Cf. *Sonets dorez*. A l'honnete de un aymee, Lyonnoise. (His enim verbis, litteris inter se mutatis, Madeleine Thevenon designari liquet).

(2) Severius tamen cum muliere agebat, si hanc ei catonianam vitæ rationem præscripsit :

Il est bon que la dame et vertueuse et sage,
Soit mariee ou veufve, en l'honneur se comporte,
Que guere on ne la voye en rue et sur la porte
De son logis qu'il faut clorre comme une cage.

Que l'aureille ne preste au babillard langage
Pour ouyr nouveautez, qu'un rusé luy rapporte
Par amoureux desir, qui bien souvent transporte
Le plus constant esprit et plus ferme courage.

Ne permettra jamais qu'on lui serre la main,
Qu'on marche sur son pied, et tienne un propos vain,
Qu'on la baise et chatouille, ou qu'on l'excite à rire,

Que quelcun le matin au saint temple la meine,
Ny que pour prendre d'aer le soir on la promène,
Si elle veut garder le peuple de mesdire.

Ed. sur les confr., p, 64.

(3) V. regesta parochiæ a S[ta] Cruce dictæ. (Arch. Lugd. 384 et 385.)

Le sixiesme (juin 1579) a este baptisée Isabeau, fille de M. M[e] Ph. Bugnyon, advocat à Lyon et de damoiselle Madeleine Thevenon ; a este baptisee par MM. Garet vicaire de S[te] Croix: a este portee sur les fonds par M. Loys Delaube,

Primum hi sunt quorum de natalibus aliquid certi habeo :
Isabella, nata circa diem sextum jun. CIƆIƆLXXVIIII.
Anna, nata circa diem octavum octob. CIƆIƆLXXVII.
Maria, nata die quarto decimo sept. CIƆIƆLXXV.

tresorier de France et general des finances du Roy en la generalité dudit Lyon et a esté maraine... (Cetera desunt) (385, p. 215.)

Anne Bugnyon, fille de M. Me Ph. Bugnyon, advocat a Lyon et de damoiselle Madeleine Thevenon, a este baptisee en l'eglise Se Croix de Lyon par messire Pierre Faure, vicaire, et portee sur les fonts par M. Me George Grolier, sieur de Cazault, conseiller au parlement de Dombes et en la senechaussee et siege presidial de Lyon. Furent marraines Anne Bussillet, femme de Me Hugues Valentin, conseiller en l'election de Lyon, et Bernarde Duboys, femme de M. Vincent Bernard, advocat audit Lyon. Le mardy 8e d'octobre l'an mil cinq cent soixante-dix-sept. (385, p. 160.) Hic nomen Bugnonius inscripsit.

Item le dimanche XVIIIe du moys de septembre (1575) a este baptisee Marye, fille de M. Me Ph. Bugnyon, advocat, portee sur les fonts par M. Me Pierre Bullioud procureur du Roy en la seneschaucee de Lyon et sont este ses maraines damlles Marie Dupuy, femme de M. Me Hugues Athiaud et Margte le Charron, veuve de feu M. le collateral Renaud, nee le mercredy quatorziesme dudit, baptisee par M. Me Antoine Richard prestre vicaire de ladite eglise (Richard) (385, p. 100) Hic quoque semiustum nomen Bugnonii legitur.

Item, XI du mois de juin, a este baptisé Jerosme (supra lineam hierosnyme), fils de M. Me Ph. Bugnyon, advocat es-cours de Lyon, et a este porte sur les fondz baptismaux par M. Me Hierosnyme Chastillon, président au siege presidial de Lyon et parlement de Dombes ; furent maraines damlle Mie Trunel (?) Isabeau Guy et Juliane Saminiaty, femmes des seigneurs Denis (?) advocat, Hugues Tevenon (?) visiteur du sel et Bernardin Seigneuray (?) le jeudy feste et solennité de la feste Dieu du mois de juin 1574. Garet. (385, p. 60). Pessime scripta hæc nomina sunt ita ut nullum pro certo dare audeam.

Item le XIIIIe (janv. 1573) a este baptisee Catherine, fille de M. Me Philibert Bugnon, advocat. Son parrain M. Me Nycolas de Langes, lieut. general en la sen. et siege presidial à Lyon. Marraynes damlle Catherine de la Tourt et Philiberte Boyer ; née le vendredy 9 a dix heures de soir. Mifon (385, 25).

Le lundy troisiesme jor de juillet (1570) a esté baptisé Anthoine, fils de M. Me Ph. Bugnyon, et a esté porté sur les fonts par M. Me Antoine de Masso, docteur et advocat à Lyon, par M. André Neyron, vicaire de Ste Croix. Marraines dames Catherine de Bourg, femme de M. le docteur de Veise et Sara de Bourg, femme de M. Hugues Destra, né le prem. jor dudit moys à dix heures du matin. (384, p. 275).

Ledit jour (avril 1569) a esté baptisee Suzanne, fille de M. Phillibert Bugnyon, advocat à Lyon ; parrain, honorable homme François Bonvisi, marchand de pesche en Estallye. Marraines Catherine Grolier et Angèle Pinet ; née le dix-huitiesme à cinq heures de soir. Garet. (384, p. 243).

Item ledit jor (21 janv. 1568) a esté baptisé Edoard, fils de M. Me Philibert Bugnyon ; son parrain M. Edoard Laurent, advocat. Ses marraines demlles Jane Grolier et Heleyne Guerin ; né à 8 heures du matin le 20 (384, p. 312).

Hieronymus, natus undecimo die jun. CIƆIƆLXXIIII.
Catharina, nata die nono jan. CIƆIƆLXXIII.
Antonius, natus primo die jul. CIƆIƆLXX.
Suzanna, nata octavo decimo die Apr. CIƆIƆLXIX.
Edoardus, natus vicesimo die jan. CIƆIƆLXVIII.

Noli tamen credere his catalogum concludi. Primum enim in semiustis regestis tot paginarum fragmenta desunt ut, vel quod ad hos annos attinet, forsan aliquis natus nos lateat, sæpius inter duos intermisso tempore idoneo. Insuper non ultra annum CIƆIƆLXVIII rem investigare, deficientibus instrumentis, mihi licuit. Pono nullum, jubente ipsa natura, post primos menses anni CIƆIƆLXVII nasci potuisse. Sed nonne aliquem annus CIƆIƆLXVI protulit, cujus regesta periere? Quid dicam de anteacto tempore, cum parum credendum sit domum, tanta ubertate felicem, sterilem novem annos post nuptias mansisse? Quod si regesta fere omnia desunt, attamen pro certo habemus Bugnonium nato non semel auctum esse.

Unum saltem, nomine Philibertum, ex testamento, de quo infra agetur, his annis natum esse compertum habemus. Qui quidem ipse anno millesimo quingentesimo octogesimo octavo annos circiter viginti se natum declarat; unde temere suspicari possis eum CIƆIƆLXVIII natum esse. Sed res ipsa monet aut scribam aut ipsum Philibertum erravisse, cum Edoardum, non Philibertum eo ipso anno baptizatum esse viderimus. Libentius igitur credam eum anno CIƆIƆLXVI in lucem venisse.

Quidquid id est, ex omnibus illis, antea natis, unus ille Philibertus superfuit, qui anno CIƆIƆLXXXVIII de patris hereditate egit.

*
* *

Anno CIƆIƆLVII ἐρωτάσματα (liceat græce scribere nomen quod non græcæ, fateor, sed multo minus francogallicæ linguæ est), apud Joannem Temporal edidit, de quibus infra satis disseram. Insequentis vero mensis decembris die vicesimo cupidus in sermonem hominum veniendi, orationem habuit solemnem in

æde Sancti Nizerii, qua quotannis doctor aut theologus, aut medicus, aut juris peritus, aut artium magister, decuriones, magistratus, artificum mercatorumque legatos, ut brevi dicam, ipsam civitatem ad habenda comitia congregatam concionabatur (1).

Qua de re, quo hominum concursu locutus sit, utrum felix an infelix eventus recitationem prosecutus sit, omnia, nisi eum accepisse libras quindecim, ignoramus.

Sæpius tamen, re vitaque deceptus et gregi semper annumeratus, vagante propter Araris ripas animo, « dulcedinem natalis soli, quod immemores non sinit esse sui (2) », ita recordabatur, ut in mentem veniret Annales Matisconenses edere, quos *Chronicon urbis Matissanæ* inscripsit (3).

Disputatum vero est antiquitus inter prudentes num illud opus inter opera nostri annumerandum esset, cum constaret chronicon idem esse atque libellum inscriptum *Antiquitatum civitatis matissanæ collectanea,* quem causarum patronus Matisconensis, nomine Fustallerius, Reverendissimo Domino

(1) Pericaud (*Notes et doc.* 1547-1560, p. 31) hanc orationem nostrum habuisse jam suspicabatur, ex abbatis Sudan notis. Testantur vero acta consularia in quibus die prædicto legimus : Lesdits sieurs conseillers accompagnes de MM. les lieutenant, advocat et procureur du Roy et de plusieurs notables de ladite ville se sont transportez en l'église de Saint-Nizier ou apres que M.   , Bugnon, docteur, advocat natif de Mascon (*habitant audit Lyon*) a faict l'oraison doctoralle chacun an accoustume estre dicte ledit jor suipvant l'ordre et coutume de toute ancienneste en cest affaire gardez et obsèrvez..... Animadvertes scribam intervallum reliquisse quo prænomen sibi ignotum deinde interpolare liceret; adjecit vero tantum verba quæ litteris italicis a nobis impressa sunt, ex quibus nostrum etiamtum parum notuisse intelligitur. (V. *Act. Consul.* in Arch. Lugd. BB, 81, p. 118 v°). Cf. BB. 81. f° 141 r° : « Mardi, dernier jour de février, Passe mandement certifficatif a M. Francoys Coulaud, receveur, de la somme de 15 livres ts par luy payée par ordonnance du consulat, de laquelle a este faict don et present a Monsieur M. p   Bugnon, docteur, advocat qui fit l'orayson doctoralle en l'esglise Sainct-Nizier le jour et feste Sainct-Thomais, comme faict a este de toute ancienuete a la publication du scindicat et des conseillers de ladite ville qui furent esleuz pour la presente annee. »

(2) *Chron. Matiss.* p. V.

(3) Lugduni apud Joan. Tornaesium an. MDLIX, opus rarissimum, quod Bibliothecæ Lugdun. ex libris Coste testamento accessit (n° 18604).

Claudio Longovicano, Matisc. antistiti, dicaverat, anno domini MDCCCXLI primum in lucem editum e codice autographo cura et sumptibus Nicolai Yemeniz (1). Guicheno, Sabaudiæ Breissiæque rerum scriptor gravissimus, qui codicem Fustallerii possidebat et eum oppido Burgo post mortem legari voluit, non dubitavit nostrum damnare furti. Cujus verba ipsa severa referam (Hist. de Bresse, XXIV) :

« Plusieurs autheurs ont fait mention de cette famille de Baugé en leurs ouvrages, sçavoir Bugnon en sa *Chronique de Mascon*, Paradin en ses *Annales de Bourgogne*, P. de Saint-Julien-Baleure en ses *Antiquités de Mascon*, Vignier in *Chron. Burgundiæ* et Jacques Severt en ses *Evesques de Mascon*, mais tout ce qu'ils en ont dit est tiré du livre latin des *Antiquités de la ville de Mascon*, de Jean Fustailler, jurisconsulte Masconnois, vivant en l'an 1520, qui avoit eu communication de tous les titres du trésor de l'Eglise de Saint-Vincent de Mascon... Il avoit dédié son ouvrage à Cl. de Longvy, evesque de Mascon, qui fut depuis le cardinal de Givry, mais ayant esté prévenu de mort, son manuscrit demeura entre les mains des curieux, jusques à ce que Philibert Bugnon, Masconnois, advocat en la séneschaussée de Lyon, meilleur jurisconsulte qu'historien, le fit imprimer en latin, supposant d'en estre l'autheur, toutefois la chose luy réussit fort mal : parce qu'outre les grandes fautes qui se trouvent en sa besogne, il gasta tout ce bel ouvrage par quelques additions qu'il y voulut faire du sien, lesquelles chocquent entièrement l'histoire, et le sens de Fustailler, ainsi que la suite de ce discours le fera voir. »

Quibus auditis, non mirum videbitur quod Nicolaus Yemeniz, tanta auctoritate fretus, cupidusque pretium faciendi codici, quem rarus et ditissimus librorum cultor primum in integritatem restituendum sumptibus suis curabat, deinde, fateor,

(1) Lugd. apud Ludov. Perrin. Hanc litem non redintegrare liberet, de qua satis jam Rigolet de Juvigny in Bibliotheca Verderii (sub verbo Nicolas Edoard) judicavit, nisi recentiores quidam veterem calumniam iterum protulissent.

similitudine veri captus, Guichenonis vestigiis ingressus, Bugnonium incusat.

Amborum quidem librorum eadem est, si inter se conferuntur, species ac frons, quorum alter alterum ad verbum ita reddere videtur, ut multo facilius similitudines quam differentias notare possis ; quod satis apparebit, si locum unius, exempli gratia, e regione alterius posuerimus :

Fustallerii ex pag. 10.

... Quos piissimus rex in æde *Vincentii*, ut illic cum ordinato Præsule suis*que* canonicis, collatis cæremoniis *et* cultui divino vacarent, transtulit; *habuitque abinde* Vincentii ædes episcopum cum canonicis, et abbatem cum regularibus.

ex pag. 14.

Wichardo in Præsulis sede successere Gundulphus, Gundulpho Alaranus, quorum gesta incognita, sive temporis edacitate assumpta, sive quod *brevitas temporis* eorum laudibus invidit. Carolus tandem e vivis n Deos refertur, anno quinto et decimo supra octingentesimum, quo anno Ludovicus Caroli filius cui *Pii* nomen fuit, imperii moderamina sumpsit.

Bugnonii ex pag. 10.

Quos piissimus rex in æde *Vincentina*, ut illic cum ordinato *electoque* præsule, *et* canonicis suis, collatis cæremoniis, cultui divino vacarent, transtulit : *habuereque ex eo semper tempore* Vincentij ædes episcopum cum canonicis et abbatem cum regularibus.

ex pag. 13-14.

Wichardo in præsulis sede successere Gundulphus, Gundulpho Alaranus, quorum gesta incognita, sive temporis edacitate absumpta *sunt*, *seu* quod *brevi annorum lapsus*, eorum laudibus *eximijs* invidit. Carolus tandem e vivis in deos refertur, anno quinto et decimo super octingentesimum, quo *etiam* anno Ludovicus Caroli filius, cui *Pio* nomen fuit, imperii moderamina sumpsit.

Quid plures locos afferam? Manifestum est, si perpauca immutata omittimus, de quibus infra agetur, non solum res, sed elocutionem fere ipsam Fustallerii Bugnonium secutum esse.

Aliud autem in controversia versatur, num furtim doloseque

alienum laborem in suum converterit, seque, ut ipsius Guichenonis verbis utar, scriptorem professus sit. Etenim qui negat, surripuit, sumpsit, qui fatetur.

Mira quidem impudentia fecisset, si ita contra rectum honestumque deliquisset, qui in imagine sua nomen ita detortum inscribit ut nihil aliud legi possit, suppletis litteris, nisi *Boni om-*[*inis*], (i. e. *hominis*) (1), qui deinde primo quoque tempore, Plinianæ sententiæ memor, cuique suum reddendi cupidum se esse profitetur, « ne sibi omnia videatur temere et inverecunde arrogare ac adscribere tanquam e suo fonte vel officina primitus prodierint, quum sit obnoxiæ mentis, et ingenii maxime infelicis nunquam fateri per quos auctores profeceris. » (2)

Reipsa, quanquam librum, more illius sæculi, obsignavit, quod ipsi bibliopolæ sæpius fecerunt, si vel tituli verba animadvertere velis, Bugnonius declarat se « chronicon non *scripsisse*, sed tantummodo *concinnavisse* ». Quod si quis prava spe illo verbo subobscuro usum esse nostrum suspicatur, respondere licet id ab ipso Fustallerio quasi prælegatum fuisse, qui, bis de opere suo ut non absoluto et *male concinnato* locutus, vocasse aliquem videtur, qui id concinnaret (3). Bugnonius igitur, quamvis sæpius mala in deteriora mutaverit, ut infra monstrabitur, credere potuit facere se quod functus scriptor optavisset.

Quidquid id est, ne qua in se caderet suspicio, in ipso libri initio ac quasi fronte Fustallerii nomen laudesque inscripsit. Sic enim præfatur : « Historiam quam tibi me autore legendam exhibuerat Fr. Fustalerius, olim apud nostrates non

(1) V. *Com. ord. Moulins* in limine. Non dubitari potest quin hic nomen suum significari voluerit, cum eisdem litteris editionem ultimam Commentarii de edicto Blesensi finierit (1585).

(2) *Loix abrog.*, p. 320.

(3) Vide (pag. 3 ed. Yemeniz) epistolam ad Claudium Longovicanum... « Adnotamenta volumine quodam congessi, quæ in litterariam escam penus nostrum *male concinnata* obserat ». Et infra : « et rudis et *inconcinna* (operula) videbitur ».

vulgaris eruditionis causarum patronus, nunc sub tuo nomine in publicum exire volo » (1).

Suspicor equidem multos, quibus cave ne Nicolaum Edoardum annumeres (2), ea verba « me autore » pessime interpretatos esse, velut si *auctor* idem ac *scriptor* significare soleret. Sed præterquam quod ista interpretatio toti sententiæ ita adversatur ut nullo modo, si accipiatur, ea intelligi possit, repugnat ipsius latinitatis usus, ut sciunt vel primis linguæ elementis eruditi. Nihil aliud his verbis Bugnonius declarare voluit et potuit, nisi officio suo Paradinum a Fustallerio historiam legendam accepisse, sive a Paradino rogatus, sive proprio motu operam pro amico interposuit ut is, in historia tiro, prudentiæ alienæ jam maturos fructus decerperet.

Sed hactenus, nam jam nihil est cur de furto diutius quæras. Quomodo autem res se habuerit, testis narrrabit locuples et integer S^tus^ Julianus de Balleure, Bugnonii fere æqualis et rerum Burgundicarum vir peritissimus. Legitur enim in *Antiquitatibus Matisconensibus :*

(1) Ceterum rarissimi libelli præfationem totam afferam :

« Eruditissimo Gulielmo Paradino Ph. Bugnonius I. C. Matiscensis. S. P. Historiam quam tibi me autore legendam exhibuerat Fr. Fustalerius, olim apud nostrates non vulgaris eruditionis causarum patronus, nunc sub tuo nomine in publicum exire volo : ut intelligas quantum studii ac operæ in commendanda urbe nostra statuam et quàm pio animo sanctissimos parentis illius manes colam. Multo sane plus negocii fuit mihi in bene collocandis per quæque tempora rebus gestis, quàm in conscribendis iis impensæ curæ. Nam adeo perturbata erant omnia, ut de ordine prope actum videretur. Tantam vero diligentiam adhibui, ut ea longè superarit opus, quod tibi totum debetur, præsertim cùm tua causa in manus civium nostrorum perveniat. Cui potius illud quàm tibi, dicarem, offendi neminem. Atque unus ipse es profecto, cui rerum monimenta consecrari jure debeant : cum longe cæteris dicendi facultate præstes, tum etiam quod quæ breviter hic continentur, tibi notissima sint. Ideò contentiùs et abs te quidem tuebuntur, et te duce, si volet ætas, incrementum accipient. Sed ea interim, polyhistor, accipe, dùm quædam nec vulgaria in Pandectas juris et meditor et cottidie paro, quæ tandem, favente numine, in vulgus prodibunt, si me prospera quæ fovet aura, diu servet incolumem. Vale, Lugdu. Cal., Septembr. ann. a Christo incarnato M. D. LIX.

(2) « Le seigneur François Fustalier, jadis advocat en nostre païs, vous présenta pour lire, *par mon moyen*, l'histoire laquelle je veux maintenant mettre en lumière, »

M. Fustaillier, advocat Masconnois, avoit extraict tant d'un livre enchainé au tresor de l'Eglise Cathedrale que d'autres memoires qu'il avait peu recueillir, un sommaire de l'histoire masconnoise, qu'il pretendoit enrichir de la copie des tiltres et chartres vidimées en iceluy livre. Mais prevenu par mort, son desseing demoura simplement revestu des dates d'iceux, sans autres preuves et approbations. Or ce livre enchainé bruslé au saccagement dudit trésor, par les autheurs des troubles de l'an MDLXII et les copies extraictes par ledit Fustaillier perdues; *ne restoit plus que certain sommaire, qui vaguoit par les mains de bon nombre d'hommes curieux de le faire transcrire. Pour donc relever un chacun de ceste peine et* POUR SATISFAIRE AU DESIR D'UNE INFINITÉ DE PERSONNES, *M. Bugnyon, J. C. Masconnois, demourant à Lyon, l'a faict imprimer et traduire en françois à l'utilité publique.* (1)

Omnia nunc per se intelliguntur. Mortuo Fustallerio, tradita per manus collectanea vagabantur (2). Bugnonius codicem edidit, ut qui « studium ac operam multam in commendanda urbe sua stuatueret » et « pio animo sanctissimos parentis (i.e. Fustallerii) manes coleret (3) », nedum sibi alienum honorem vindicaret.

Ceterum nemo inter æquales vulgati jam operis Bugnonium scriptorem agnovit, nec eum accusavit quod aliquid detrimenti Fustallerio attulisset. Imo contra curam pietatemque laudavere, ut fecit ipse S^tus^ Julianus : « M. Fustallier avoit deja traité cest argument en latin et M. Bugnyon jurisconsulte mascon-

(1) *Deux livres des antiq. de Mascon.* Paris, Nic. Chesneau 1581, p. 231. Animadvertendum tamen nondum chartas incendio periisse cum Bugnonius Chronicon edidit (anno MDLIX).

(2) Exemplar unum se habuisse testatur ipse S^tus^ Julianus : Je ne scay s'il (Fustailler) avoit intention de permettre aux presses son labeur, pour le publier; mais en ma copie escrite à la main (que j'ay, il y a plus de trente ans...) *Op. supra cit.* lib. II, p. 265.

(3) Sic enim verba *parentis illius*, adversante, fateor, pessimo operis interprete Nicolao Edoard, intelligo. Vid. *Epist. ad Parad.*, p. 3.

nois, l'a mis en lumière, non sans louange de l'un et de l'autre (1). »

Attamen ne quid nimis. Reo nostro absoluto, benignius æquo esse hoc judicium fatendum est. Nec contumeliam nec honorem meruit. Absit et virga et laurus. Nisi enim codicem in plurima fragmenta disjectum in manibus eum habuisse credas, quod difficile pro vero habeo, quanquam professus est, « sibi plus negocii fuisse in collocandis per quæque tempora rebus gestis, quam in conscribendis iis impensæ curæ (2) », parem in utroque laborem, scilicet fere nullum, eum impendisse apertum est.

Nonnulla quidem delevit, præcipue ea quæ Fustallerius de se aut de Claudio Longovicano et ejus cognatis aut agnatis retulerat, et, si quæ in libello speciem epistolæ quasi privatæ præbebant, ea mutavit. (3)

Addendum vero fere nihil putavit aut habuit (4), nisi locos tritæ et vulgatissimæ eruditionis, ut de nomine Lugduno aut Franci historiuncula (6), aut brevissimas notulas de iis quæ fere sub oculis habuit (6).

De stylo melius est silere. Etsi Fustallerius auribus purissimis orationem suam gravem fore confessus est (7), nescio an rudis ea quidem aridaque et gallicis verbis sæpius inquinata, illam tamen copiam, quam Bugnonius Ciceronianam esse opinatus est, superet. Hic enim, recens a scola et majoris

(1) *Let. à l'év. de Masc.* 1577, op. cit.

(2) Epist. ad Parad. ex *Chron. Matiss.* pag. 3.

(3) Vincentianæ ecclesiæ = tuæ (pag. VI B. F. pag. XI) : cf. F. p. XLVIII (de Philiberto et domino Philippo), de Thoma Seyverto (pag. XXV) ; de germano consanguineo (pag. XXVIII).

(4) Quomodo de miraculo testem Petrum Venerabilem rejecerit, vide infra Append. I.

(5) Pag. VIII, XXIV.

(6) Veteri suburbano, cœnobio, *quod olim Petro sacrum fuit, nunc prostratum jacet, nec aliud nunc est quàm solum, ubi ædificiorum vestigia tantum visuntur*, p XXIX.

(7) Page III.

voluntatis quam judicii, ut orationem numeris astringeret, luminibusque et floribus conspergeret (1), nimia verba fecit, in simplicissimis superbus ac sæpe putidus (2).

Melius operam dedisset ut mendas e libello tolleret (3), quibus non solum sententia sed ipsa rerum fides adulteratur. (4)

Quid plura, cum jam constet eum in « operula » concinnanda omnino et diligentiæ et tempori pepercisse? Satis erit nobis, si crimina contumeliosa, quibus reus noster accusatus est, diluerimus.

*
* *

Attamen ad jura redibat ab ipso anno MDLIX. Testantur illi versus quos « ociosus in ocio » de hæreditate meditabatur

(1) Sæpius græca verba usurpat : *μνημοσυνα* (pag. 8), *ἁγίαν προσκομιδήν* (pag. 34) *προςὸρᾶν* (pag. 41).

(2) Hunc locum v. g. excerpere liceat :

Fustallerius scribebat (pag. VIII) :

Sed et in Commentariorum prædictorum lectione ulterius progressus in calcem septimi voluminis, Matisconis, ut recentiores codices, sive ut antiqui Matissanæ, quo ex Cabilone pro re frumentaria Q. Ciceronem missum asserit, desideratissimum nomen offendi ; certeque certus indicarem eam esse Matissanam, quam immutato a neotericis vocabulo, ut aliis plerisque evenit, Matisconem vocant, quam Cabiloni vicinam et ad Ararim in Heduis sitam dicit.

Bugnonius (pag. VI) :

In commentariorum extremis progressus, inque ipsa voluminis septimi coronide, Matisconæ civitatis ut recentiores Codices, seu ut antiqui Matissanæ quò ex Cabilloni Quin. Tullium Ciceronem, et P. Sulpitium in Heduis ad Ararim rei frumentariæ causa collocatos asserit mihi perquàm gratum nomen offendi, certò certiusque suspicione quadam eam esse Matissanam, quam a neotericis vocabulo, ut aliis plerisque usu venit, Matisconem vocitatam sæpe audio, quamque proximam ac vicinam Cabilloni, et fertilem ac uberem glebæ, vineisque abundantem, atque omni rerum copia maxime refertam, laboriosi incolæ veraciter memorant.

(3) Unam severis verbis jam reprehendebat Guicheno.

(4) Sic pag. XVII : *Rachildeni*, lege *Rachildem* ; pag. XXXI : *Fanum*, lege *Janum* (id est : *Johannem*) ; pag. XLIV : Ulricus *Gaulseranus* patri... successit, lege : *Gaulserano*, etc., etc. (Vid. pag. XI, XV, XXXVI, ubi propria nomina corrupta sunt).

« heroico carmine » Idib. Novembr. anni millesimi quingentesimi quinquagesimi noni. (1)

Qui bona, quæ faciunt homines aliquando beatos,
Testatoris adit, securus ut omnia servet,
Quærat an ære gravi sit pressus, debeat aut nil.
Si nihil hic debet, purè sit adire facultas
Testantis bona, queis hæredem affecit honore.
Si tamen illa gravi immò plus ære premantur.
Solius uti ultra testantis prædia post hæc
Non teneatur, adeat quæ sunt sibi tradita primùm
Confecto à scriba inventario, ut hoc sibi prosit.
Nam si quid superest, apochis exindè revulcis,
Id penes hæredem remanet quodcumque sit ipsum.

Pro sano tamen fecit, qui in scriniis ad tempus carmina servaverit.

Anno 1562 Francisci Zoannetti (2) j. u. doctoris Bononiensis equitisque aurati libello, qui inscribitur *de justitia et iure repetitio defensionis tripartitæ* « singulares notas ad marginem addidit » (3) cum hoc tetrasticho :

Quæ variis confusa locis capitalia tractant
Crimina prudentes juris in ambiguo
Collectim paucis Zoannettus cuncta redegit
Ordine, distinctis rebus et officiis (4).
Velle et sperare

Quem laborem, fere nullius ponderis, vix memoraremus, nisi eos qui de Bugnonio egerunt latuisset, quanquam omnes libros quos de jure scripsit tempore notulæ illæ præveniunt et

(1) *Loix abr.*, p. 172.

(2) Alciati discipulus Zoannettus et postea professor Ingolstadiensis, vir industrius et subtilis, varia edidit, ad seculi sui mores satis accommodata : *De defensione tripartita*; *De primatu prioris geniti regis ; De duplici venatione*; *De trium verborum interpretatione; Ad titulum C dę Edendo ; De emptione et venditione*; *De Romano imperio.....*
(V. Ever. Ottonis *Thesaurum*, IV, 13).

(3) Lugduni ap. Bartol. Molin 1562. Rarissimum quidem opus, quod tamen Gratianopoli invenias sub nota F. 11748 et Lutetiæ in bibliotheca a nomine Mazarini nuncupata sub nª 27155.

(4) *Ib.*, p. 13.

nuntiant, necnon monstrant quomodo, quibus magistris in studiis juridicis magis ac magis sit progressus. (1)

Sed jam ea, quæ « non vulgaria in Pandectas juris meditabatur et quotidie parabat » ad exitum prope adducebantur, et, feriis Natalium anno Domini CIↃIↃLXII notis collectis, extremam manum imponebat operi (2), quod initio anni CIↃIↃLXIII (3) in lucem venit, apud Bartolomæum Molin.

Cujus operis æstimare, vel etiam explicare materiam etsi rerum ipsarum natura me vetat, non possum tamen quin libelli rari, quem benevolentia civis Matisconensis nomine Protat antiquitatum suarum amantissimi peritissimique in manibus habui, formam saltem brevissime describam(4).

Tantum abest ut notissimarum editionum quæ postea datæ fuerunt amplitudinem attingat, non ultra centum et duodecim paginas productior, in gratiam discipulorum, ut scriptor ipse monet (5), collectus, nihil aliud est nisi Enchiridion quod nostri manuale vocant.

(1) Nonnulla in Zoannetti opere eorum quæ de magistratibus legibusque reformandis Bugnonius posterius sensit legas.

(2) Reprenant les arres de mon estude, Monsieur, par maniere de plaisir et honneste occupation, feries des festes Noel, j'ay mis à part en ce volume, les lois inusitées en ce royaume de France, lesquelles estoient sans ordre esparses par mes livres ça et la, comme les feuillets des sibylles. A Monseigneur, maistre Jean Fournel, second président au parlement de Dombes..... Lyon, 5 janvier 156 (1563) (*Loix abr*... ed. prima, init.).

(3) Epistola nuncupatoria data est die quinto jan. 1562 (lege : 1563, nam tiamtum principium anni die Pascharum ponebatur).

(4) Cf. Bib. Nat. F. 2622.

(5) Juvabunt illi quidem lectissimos caussarum patronos, et conspicuos Jurisprudentiæ candidatos, qui legibus praxim, qua rudes ac hospites olim a florentissimis scientiæ juris Academiis, ad suos lares redibant, nunc adjungere poterunt, et promptiores ideo longe fieri, ad controversias agendas easque probe dirimendas, apud quodvis tribunal. Non minori quoque adjumento erunt hominibus impeditissimis, et quibus haud licet per occupationes, infinitam librorum supellectilem sedulo revolvere : ingeniosis pariter,quibus, præ nimia egestate, non suppetit exuberans librorum nostræ professionis copia : desidibus ac pigris, quibus mors est vel gravissima crambe musis per horam inservire, intra quam tamen hocce opusculum a capite ad calcem, ut aiunt, perlegere nihil erit difficile.

Versibus M. Vertravii Mauri, Mauritii Sævæ (1), et Guillelmi Gueroult commendatum, dicatur Joanni Fornelio, curiæ Lugdunensis alteri præsidenti.

Si Guillelmo Gueroult credere licet (2), toti curiæ delectationem attulit maximam.

(1) Cum frustra in insequentibus editionibus carmen Mauritii Sævæ quæras, qui num etiamtum vixerit nonnulli dubitavere, liceat hos versus afferre :

M. S. LYONNOIS

SONNET

La loy premiere imitant la Nature
Peut raisonnable estre instinct juste et droict,
Mais non point tel qu'on voit tout legal droict,
Plus equitable a toute creature.
Celuy ne fait, ignorant son injure,
Rendre a chacun, non pas ce qu'il voudroit,
Ains l'equité, qui luy appertiendroit,
Ny criminel punir la forfaicture.
Et si cestuy par sa diversité
A loy diverse, ou bien droict usité,
A decider maint contraire passage :
C'est que le tems a toujours prevalu
Sur toutes meurs, que suyvre il a falu,
Comme tout art se confond par l'usage.

Non si non la.

(2) Ce *Fornel* qui preside
Au trone Lyonnois,
Son sourcil y deride
Et s'y plaict maintes fois.
Torveon y remire
Un discret jugement :
Et *de Langes* l'admire
Avec contentement.
Baraillon y assigne
Un plaisir obstiné :
Bussillet y destine
Un séjour fortuné.
Charreton y decouvre
Un soing labourieux,
Qui coronne ton œuvre,
D'un vol victorieux.
Javellot d'un visage
Fort allegre luy rit ;
Limosin docte et sage,
Le louë et le cherit.
En si grave facture,
Le cheur *presidial*
Y contemple ornature
D'escrit docte et loyal.
Vaudel qui est des Muses
Le soing delicieux
En tes graces diffuses
Va recreant ses yeux.
Mellier qui du grand *Tulle*
A pillé le savoir,
Son regard ne reculle,
Pour si docte œuvré voir.
Et ma Musette basse,
D'un son lyricq' et gent
Le tien honneur embrasse,
Bugnyon diligent.
Veuille Dieu par sa grace,
Tant bien nous reformer,
Qu'heureux en toute place,
Le puissions reclamer.
Telement qu'en ce Monde
N'y ait qu'un Dieu, qu'un Roy,
Qu'une foy pure et monde,
Et une seule loy

Patience victorieuse.

Si de pessimorum versuum scriptore libet aliquid amplius legere, qui suo tempore, non solum laurum sed nummos pro nugis istius modi accepit (Arch. Lugd. BB. 82), vide Breghot du Lut et Péricaud, *Biog. lyon.* cum notis. Cf. *Rev. de l'évolution*, 1891.

Quidquid id est, brevi celebratum est, et in tantam famam venit, ut post sæcula duo jurisperiti et operis et nominis Bugnonii recordati esse videantur. (1)

***

Ex eo die fere quotannis novum libellum praelo Bugnonius submitti jussit. Quos liceat hic modo enumerare, ne singulos persequar. Nam etiam si rerum prope infinitarum, de quibus egit, intelligentia me disputare de iis sineret, vetarent et ipsæ hujus capitis angustiæ, et id quod mihi certum destinavi.

(1) Sequitur ordo editionum quas datas esse comperi :

(II) 1564, in 8°.

(III) 1568. Lugduni, ap. Ben. Rigaud. Eodem anno, editionem latinam datam esse refert Brunet, de qua nusquam mentio fit.

(IV) 1571. Ap. Ben. Rigaud (Græsse).

(V) 1572. Ap. Ben. Rigaud (Hieronymo Castillonæo dicata, cum imagine Bugnonii).

(VI) 1574. Lugduni, apud Clem. Baudin (In bib. Lugd. et Aquensi et apud Protat exstat) in III libros coacta.

(VII) 1578. Lugduni, apud Ch. Pesnot (lib. V, pag. 504) omnium editionum vulgatissima, quam semper afferam.

(VIII) 1602. Lutetiæ, apud viduam Chaudière, rue Saint-Jacques. Derniere edition reveue et augmentee d'un sixieme livre... par P. Guenois, conseiller du Roy et l[t] particulier au siège et ressort d'Issoudun en Berry (« cum auctoris... satis noti, nunquam satis laudati... autographo collata, correcta, suppleta... Auctarii vice liber sextus ex scriptis neoticorum Praxeως Gallicæ peritissimorum excerptis additur »).

(IX) 1604. Lutetiæ idem Brunet editionem evulgatam esse asseverat.

(X) 1605... Derniere edition, reveue et augmentee d'un sixieme livre par P. Guenois, Conseiller du Roy et lieut[t] particulier au siège et ressort d'Issoudun en Berry. Paris, Nicolas Buon. (Bib. Protat).

(XI) Altera eodem anno data est apud viduam Chaudière. B. Lugd. 8187.

(XII) 1666, ed. Petrus de Dobbeleer. Bruxellis, Bib. Nat. F. 2622, anc. porté.

(XIII) 1677, ed. Petrus de Dobbeleer, cum additionibus Christinaei (Gratianop. 6983. Aquis sextiis 5628, 84, 7, 2 vol. 4°), 681 pag. cum indice.

(XIV) 1702, in-f°, Bruxellis, Tsertevens : « Accessere insuper ordinationes Molinenses, Commentariis ab autore ipso illustratæ, adeo ut hoc uno volumine universa autoris opera contineantur. »

(XV) 1707, *ib.* Brunet refert se ultimam hanc editionem vidisse.

Imo et in ipsa enumeratione placet ordine uti quo Gloria opera Bugnonii recensuit, multis Papillonis catalogo additis(1). Quæ vero ipse, bibliothecas Galliæ, præcipue nostram pervenatus, nova comperi, ne rem jam prope confectam ab integro suscipere videar, neve mutatis paucis obscuriorem faciam, ea vel emendanda adnotavi vel addenda subjunxi.

I. — OPERA TEMPORE CERTO EDITA

N° 5. (2) *Commentaire sur les ordonnances faictes à Moulins au mois de février l'an 1566.* In-8°, Lyon, Cl. Ravot, 1567 et 1568. Paris, 1579 et 1583. (3)

6.* *Sonnet au tres chrestien roy de France* (Ad Carolum IX), in : *Docte et singulier discours sur les quatre estats du royaume de France, deploration et calamités du temps present*, composé par feu Joachim du Bellay... Lyon, Benoist Rigaud, 1567. (4)

7. *Deploration elegiaque sur le trepas de feu Jean de la Vallette, grand-maistre de Saint-Jean de Jerusalem.* Lyon, 1568, in-8° (5).

8. *Deploration sur le trepas d'excellente princesse Isabelle de Valois, reine d'Espagne.* Lyon, Michel Jove, 1568, in-8° (6).

(1) Hoc signo distincta sunt*.

(2) De primis operibus vide supra.

(3) Tertium Lugduni venit in lucem, anno Dom. CIƆIƆLXXXIII. Exstat in Bibl. Lugdun. sub nota 8289. Privilegium primæ editionis datum est die V februarii anni CIƆIƆLXVII. Bugnonius ipse (*Com. sur les confrairies*, p. 10) testatur se ante Pardulphum Prateium de hoc edicto scripsisse.

(4) Jam antea eosdem versus legere licebat in *Commentaire sur les ordonnances faictes à Moulins*, pag. 264.

(5) Apud Ben. Rigaud.

(6) In hæc duo carmina mihi non contigit ut inciderem.

9. *Discours sur l'espouvantable et merveilleux desbordement du Rosne dans et a lentour la ville de Lyon, et sur les miseres et calamitez qui y sont advenues.* A Lyon, par Benoist Rigaud, 1570, avec permission, 1 vol. in-8°. (1)

10*. *Les plainctes et regretz des trois estatz du royaume de France*, par M. Philib. Bugnyon, docteur ez droitz et advocat en la seneschaucee et siege presidial de Lyon. A Lyon, Benoist Rigaud, 1571, avec permission (2).

11. *Souhaict du peuple françois sur l'heureux... retour de Henry III, roy de France et de Polonne.* Lyon, 1574.

Continuation du souhaict des Francoys. Lyon, 1574 (3).

12. *Epistola latina*, in limine libri quem Duretus inscripsit : *Harmonie et conference des magistrats romains avec les officiers françois.* Lyon, Benoist Rigaud, 1574, in-8° (4).

(1) Non solum Lugduni, sed semel Rhotomagi, anno 1571, et bis Lutetiæ, anno 1570 et 1571, impressum est. (Vide *Catalogue de la Bibl. nationale*, VIII, 380). Et tempore nostro iterum in lucem venit (*Arch. du Rhône* I, 20). De ipsa calamitate vide Archiv. Lugd. BB, 89.

(2) Exstat in Bib. Lugdunensi, inter multa ejusdem temporis quæ de bellis civilibus æqualis quidam collegit (Vide *Rec. des guerres civiles*, alias *Recueil vert*, n° 25201, tom. IV).

(3) Exstant in Bib. Lugdunensi (V. *Rec. des guerres civiles*, tom. 63).

Quamvis utrumque carmen a Bugnonio scriptum esse inter omnes conveniat, non possum non animadvertere priori non ea verba subscripta esse quibus constantissime utitur, cum semper aut hoc addat : *velle et sperare*, aut nomen anagrammatismo sic vertat : *Il y gipt un bonheur.* Hic vero legimus : *Il ira bien s'il va mieux.* Scio equidem Mauritium Sævam vocabula nomini suo non eadem usque subdidisse, sed mutasse (primum : *souffrir non souffrir*, deinde : *non si non la*). At. Sæva nunquam ad priora, jam mutata, rediit. Si igitur noster magistrum sequi voluisset, quomodo iterum ad usum pristinum in omnibus quæ postea edidit rediret? Quod si quis suspicatur eum voluisse latere, omisso nomine mutatisque signis quibus cognoscebatur, parum intelligimus cur se unius carminis, non alterius scriptorem confessus esset, cum ambo nihil aliud nisi præmium, nedum periculum, polliceri viderentur.

(4) Quanquam omnes nostri hoc opus esse credunt, non ambigi potest quin alter Bugnonius hic agatur, non Matiscone, sed Lugduni natus, nec jurisconsultus sed litterarum candidatus, qui sese juniorem esse ipse dixit. Sic enim epistolam inscripsit : Eloquentissimo et doctissimo viro Joanni Dureto jurisconsulto, Philibertus Bugnonius *junior*, *Lugdunensis*, *litterarum candidatus*. Imo dat litteras « ex laribus patriis » decimo calendas Februarii CIƆIƆLXXIV. Is igitur idem Philibertus est quem natum circa annum CIƆIƆLXV supra vidimus

13*. *Sonnet.....*, in libro quem Johannes Papon inscripsit : *Secrets du troisieme et dernier notaire.* Lyon, Jean de Tournes, 1575-1578, in-8°.

14*. *Remonstrance et advertissement aux Estats generaux de France.....* Lyon, Pierre Roussin, 1576, avec permission. (1)

15. *Bref discours du proces d'entre Arnaud Neyron et les heritiers feu maistre Jean Thevenon, quand vivoit procureur es cours de Lyon.* Lyon, le deuxieme janvier 1576, in-8°, 12 p. (2).

16*. *In laudem Decurionum civitatis Lygdunensis*, Philibertus Bugnonius, juriscons. Matisconensis, *ad splendidum Petrum Toletum, doctorem medicum Epigramma*, in libello inscripto : *Actio judicialis ad senatum Lugdunensem...* auctore Petro Toleto. (Lyon, 1577, in-8°) (3).

17. *De la paix et du proffit qu'elle rapporte,....* Lyon, Benoist Rigaud, 1577, avec permission, in-8° (4).

Quod si etiam puerum non epistolam scribere potuisse existimes dignam quæ prælo submitteretur, videor mihi intelligere quomodo res se habuerit. Nam cum dicit « alieno judicio » utilem videri candidatis litterarum Dureti operam, nonne nos monet se quoque alieno, id est patris, judicio usum esse, seque ita scripsisse quæ a patre dictarentur? Sed quid multa de re nullius momenti? Jocus hic est : patrem, præcoci ingenio nati superbum, primam latine scriptam ab eo epistolam amici perquam familiaris oculis subjicere juvit, quam hic, commodus laudator, cum libello typis mandari jussit.

(1) Exstat in Bibliotheca Lugdunensi. V. : *Recueil des affaires de Lyon* tom. III, n° 55. Versus hi sunt octosyllabi, quos utile conferas cum iis quæ amicus Bugnonii Rubysius 12 nov. 1576 in consilio consulum retulit. (Actes consul. 1576, f° 178 v°) Cf. Péricaud, *Notes et Documents*, eod. tempore

(2) Bib. Lugd. *Rec. des aff. de Lyon*, III, 52. Gloria, ignorans Joannem Thevenon socerum Bugnonii fuisse, hanc oratiunculam memoria omnino indignam esse contendit. At contra me juvit videre quam simpliciter, usitatis clarisque verbis, nec latinis græcisque locis confusam, noster suam causam defenderit.

Ceterum si cui libeat litem instaurare, nonnulla instrumenta aut saltem scribæ commentarii in promptu sunt. (V. Arch. cur. præs. Lugd., 1574, mense februario, martio, aprili, etc... Cf. de Arnoldo Neyron civitatis procuratore BB. 332 et sæpius).

(3) Bib. Lugd. *Recueil des aff. de Lyon*, III, 14 et seq. Laudavere Toletum omnes annalium scriptores qui de Lugduno egerunt. V. Breg. du L. et Péricaud, *Biogr. lyonnaise.* Propter hanc orationem præmio Toletus a scabinis donatus est.

(4) Bib. Lugd. ib. 57.

18. *Sommaire discours sur la declaration de Henri de Valois, troisieme du nom, Roy de France et de Poloigne, touchant l'atour de veloux*. Lyon, Benoist Rigaud, 1577, avec privilege, in-8° (1).

19. *Commentarii de rebus gestis in Comitiis Blesensibus anno 1576*. Rignaviæ, in-8°. (2)

20. *Excellente apologie et defense de Lysias orateur, sur le meurtre d'Eratosthene surpris en adultere* : ou est traictee et comprinse toute la matiere des adulteres inseree dans le droict Civil : traduite de Grec en François par noble Jacques des Comtes de Vintemilles, Rhodien... et commentee par M. Philibert Bugnyon... A Lyon, par Benoist Rigaud, 1576, avec permission. (3)

21. *Harangue de Lysias, orateur grec, contre les marchands de bled de son temps*. Cum libro Isocratis quem hoc titulo : *Sincere exhortation à la paix*, Ph. Robert vertit e græca lingua. Paris, Jean Parent, 1579 (4).

22. *Commentaires ou paratitles sur les ordonnances establies aux Estats generaux tenus en la ville de Blois* par

(1) Bib. Lugd. ib. 58. Ignota manus subscripsit titulo : par M. Phil. Bugnyon, et in fine : vouloir et esperer. Sed manum ipsius Bugnonii agnoscere nequeo, cum adjuncta quædam verba contra sensum repugnent (f° 3 r°) : De telle et si desmesuree façon de vivre empiétee en ce Royaume, pendant que la fureur de Mars y a eu cours, s'estant le peuple de France comme nourry et imbeu, (de diss [ensions] et de vols) n'a encores esté possible... de le reduire à l'equilibre d'une justice et équité. Adjectis his verbis, tota sententia claudicat, sublatis, structura verborum restituitur.

Cum hoc libello conferas Hieronymi Castillonis in curia Lugdunensi præsidentis : *Brief et utile discours sur l'immodestie et superfluité d'habits*..... A Lyon, par Antoine Gryphius, MDLXXVII. (Bib. Lugd. 11363).

Nescio uter in opere edendo alterum præcurrerit. Sed Bugnonius testatur se jam antea in oratione ad M. Hospitalem cancellarium anno 1561 missa de eadem re disseruisse. V. : *Com. sur Ord. Moul.*, 130.

(2) Sic Gloria. Lege vero : *Commentarius de iis omnibus quæ in tertii ordinis conventu acta sunt, generali trium ordinum concilio Blesis a rege indicto ad decimum quintum nov. diem 1576* Ricnaviæ, J. Sterphen, 1577, in-8° (Bib. Nat., Catal. VI., p. 31. Le^{13}_{21}). Vidi hunc librum, sed nescio quibus indiciis inter opera Bugnonii inscriptus sit a Patre Lelong.

(3) Bib. Lugd. 16184[b].

(4) Annona urbs multum laboravit annis 1573 et 1576. Vid. Archiv. Lugd. BB. 94. Cf. Péricaud, *Notes et doc*, 1580 (pag. 59).

Henry de Valois, troisieme de ce nom, Roy de France et de Pologne... pour la reformation, ordre et reiglement de la Justice de son Royaume, par M. Philibert Bugnyon, conseiller du Roy et son advocat en l'election de Lyon et pays de Lyonnois. Lyon, J. Patrasson, 1583, in-8°. (1)

Altera editio, inquit Gloria, data est anno 1585. (2)

23. *Discours des proprietez et vertu d'une source d'eau retrouvee nouvellement en Vivarez, à deux lieues de Valence. Plus Sestine à l'honneur et gloire de Dieu, sur les admirables effects d'icelle.* (3). Lyon, Ben. Rigaud, 1583, in-8°.

II. — OPERA TEMPORE INCERTO EDITA

24*. *Noel nouveau fort plaisant et recreatif, composé par le Masconnois.* A Lyon, Antoine du Rosne, s. d. in-8°. 4 ff. (4)

25*. *A l'honneur et recommandation de Messeigneurs les Gouverneur, Eschevins et procureur syndic de la ville*

(1) Titulum restituimus, cujus omissis quibusdam verbis, de rebus ipsis quæ hic aguntur, errare possis, cum judicia tantum et res judiciales attigerit Bugnonius. De ceteris egit Joannes Duret, Molinensis (V. *Advertissemens sur l'edict d'Henry, roy de France et de Pologne...* Lyon, par Benoist Rigaud, 1586. Avec privilege), qui Bugnonium in epistola nuncupatoria sic laudat : « Le docteur Bugnyon s'est si destrement employé à exposer ce qui touche la Justice, que ce seroit trop hautement entreprendre d'en vouloir parler apres luy ».

Hoc opus intra ferias vindemiarum anni CIↃIↃLXXXI Bugnonius compositum Joanni Stratio et Joanni Patrassoni, Lugdunensibus bibliopolis, commiserat, qui id anno CIↃIↃLXXXII prælo subjecerunt (advertis. aux lecteurs). Sed ita displicuit hæc prima editio scriptori, quæ eo absente mendis turpiter deformata erat, ut eam totam aboleri jusserit. Superest tamen in locupletissima Gratianopolitana bibliotheca exemplar sub nota F. 11936, in quo multas notas scriptas forsan ab eodem Meyssonerio de quo infra agetur legas, inter quas hoc judicium : « Sunt quædam mala, multa bona, plurima vana. »

(2) Quindecim carmina (sonnets), præsidenti Brissonio dicata, huic editioni inseruit. (B. Nat. F. 4411. anc. porté).

(3) Nec in publicis nec in privatis Bibliothecis hanc orationem recuperare potui.

(4) Exstat in Bib. Lugd. *(Rec. des affaires de Lyon*, 23415, n° 59). Cf. *La grand Bible des Noetz tant vieux que nouveaux*, Lyon, Ben. Rigaud, ubi nostrum non legendum est.

et communauté de Lyon. Sonnet, par Phil. Bugnyon. Jurisc. s. l. n. d. (1)

26*. *Claudii Valentini pictoris Lygdonensis de seipso ad concives suos, Epigramma*. Pagina una in-8°. s. l. n. d. Subscripsit Bugnonius verba : « Velle et sperare. Phil. Bugnonius, Jurisc. Lugd. fecit. » (2)

27*. *Sonet d'une noble et excellente Dame Lyonnoise dond les lettres capitales portent son nom et font sa devise* (*Isabeau Mellier*). P. B. M. Pagina in-8°, s. l. n. d. (3)

28*. *A l'exaltation d'une noble et genereuse dame Lyonnoise*. Pagina in-8°, s. l. n. d... (4)

29*. *Ad Christianissimum Gallorum regem*, Philiberti Bugnonii, juriscons. *consilium*. Pagina in-8°, s. l. n. d. (5)

30*. *De Fœdere cum Gallis male feriatis* (?) *ineundo, ad Christianiss. Invictiss. et semper Augustum Erricum Valesium III, Francogalliæ ac Sarmatiæ Monarcham* Παραίνεσις. Pagina in-8°, litteris rubris impressa, s. l. n. d. Subjuncta sunt verba : « Velle et sperare. Ex tempore Phil. Bugnonius I. C. Lugd. faciebat. » (6)

(1) Eosdem versus in opere Claudii Rubysii, cujus in gratiam Bugnonius eos meditatus esse videtur, legas, cui titulus inscribitur : *Privileges des habitans de Lyon*. Ant. Gryphius, in f°, 1574. Itaque non infra hunc annum componi potuerunt. Ceterum hanc quæ apud Rubysium est paginam, licet illius nostræ simillima sit, non tamen eamdem esse monstrant et typi et ipsa verborum scriptura.

(2) Exstat in *Rec. des aff. de Lyon*, 49.

(3) *Ib*. 50.

(4) Bib. Lugd. ib. 51 Eidem mulieri dicatur, nam si primas versuum litteras collegeris, idem nomen restituetur. Nescio an vidua jam hæc fuerit, cum hos versus accepit. Quidquid id est, in chartis tabellionis Dorlin, Archiv. Rhod. E. 2241, 5, instrumentum invenias ex quo apparet anno CIↃIↃLXXVII functum esse Claudium Gayant, qui eam in matrimonio habuerat. Noli errore nominis putare de Ph. Gayant agi qui inter electos die 1ª mens. august. CIↃIↃLXXX vocatus est.

(5) Bib. Lugd. *ib*. 53.

(6) Bib. Lugd. *ib*. 54.

Eosdem versus, minime immutatos, sed cum iis supra allatis (29) conjunctos in *Apologie pour Lysias* (1576), et latinos et in gallicam linguam translatos, legas (pag. 87 et 83), ubi notum fit quo anno scriptor eos composuerit : « Par ce Monsieur, que cy devant j'ay inseré la traduction des carmes latins dedies pour le bien de paix à sa Majesté lors de son avenement à la coronne de

III. — ADDENDA (1) :

1. (1564). *Ad egregium Jacobum Vintimilium Rhodum* δεκάστιχον. Incipit : *Xenius ille potens.* In limine libri qui inscribitur *Theages ou de la Sapience*, trad. par Tredehan. Lyon, Ch. Pesnot (2).

2. (1573). *A Monseigneur Monsieur de Chastillon*, president es cours de la Senechaucee, siege presidial... Epistola quam præfationem præposuit ordinationibus politicis quibus titulus inscribitur : Ordonnances contenants le reiglement provisionnal pour la police de la ville de Lyon et faulxbourgs d'icelle. Faict au Bureau estably en ladicte ville, par les Commissaires à ce commis et deputez suyvant l'Edict de sa Majesté. Lyon, 1573, Apud Jove (3).

3. (1573). *A l'honneur du Seigneur Paradin et autres excellens historiographes.* M. Philibert Bugnyon, docteur et advocat en la Senechaucée..... *Sonet*, in Paradin, *Mémoires de l'histoire de Lyon.* (Ant. Gryphe, 1573) (4).

France (CIƆIƆLXXIV), creignant de les perdre et egarer entre mes rapsodies et memoires, et a ce que par voz mains et adresse ilz soyent communiquez à noz contemporains et à toute la posterité, je suis esté prié et importuné les transcrire en ce discours. » (86 v°).

(1) Vide supra quod jam diximus de epistola ad Angelum Papium et notis operi Zoannetti adjunctis.

(2) Eosdem versus legas in *Legibus abrogatis*, ed. 1578, pag. 133, ubi Hospitalis auspiciis sese eos scripsisse Bugnonius significat.

(3) Priorem editionem recuperare non potui ; exstat vero altera in Archiv. urb. Lugd. (F.F. Invent. Chappe, V, 83-98, liasse 5, n° 1) apud Jean Pillehotte excusa MDXCIX.

Erravit Pericaud (*Notes et documents*, 1573, 9 fév.) qui, Patri Menestrier confisus, totas ordinationes conscripsisse Bugnonium declarat, nam hic ne inter legatos quidem, quibus res commissa erat, annumerabatur (V. Acta consul. BB. 90, f° CLXXXXIX v°). Ceterum quid sibi proposuerit ipse nuntiat : « Par ainsi ayant esté informé, Monseigneur, que vous aviez dressé un recueil des articles accordez au bureau de la police de ceste ville, et qui donnent réglement pour l'advenir a ce qui se doit faire, je me suis advisé de donner à entendre à un chacun qu'il vous doit principalement estre consacré, comme à celuy qui l'a disposé et ordonné, mesme doit estre mis en lumiere soubs l'appuy, faveur et authorité de vostre nom... A Lyon, la vigile de Pasques, le 21 de mars 1573. »

(4) Hos versus Bullodius noverat. V. App. primam.

4. (1573). *Sur la devise du Seigneur du Verdier :* Et Marti et Minervæ, *Sonet*, in Du Verdier, *Prosopographie.* Lyon, Ant. Gryphe, 1573, in limine.

5. (1574). *Sonet extemporel*, in *Invictissimi Gall. regis Caroli Noni tumulo...* Jo. Aurato Poeta regio et aliis clarissimis et doctissimis viris auctoribus. Lyon, Ben. Rigaud, 1574, in fine.

6. (1575). *In laudem illustrissimi principis et amplissimi antistitis Caroli Lotareni Epicedium*, latine et gallice. V. : Epitaphe de Ch., Cardinal de Lorraine, mis en françois du Latin de Papire Masson..., par Nic. le Vergeur, Champenois. Lyon, Ben. Rigaud, 1575, in fine.

7. (1580). *In mortem MacutiPomponij* (1). V. : J. des comtes de Vintimille, *Monumentum a Musis burgundicis erectum*, Parisiis, apud F. Morellum, 8°, pag. 71.

8. (1580), *Sonet.* In limine Herodianæ historiæ a Jacobo e comitibus Vintimigliæ in gallicam linguam translatæ. Paris, Morel.

9.(1583). *A la recommendation de l'auteur*, (Joh. Duret). A Monseigneur M. de Chastillon, President au siège presidial estably par le Roy en la ville de Lyon... *Sonet.* (V. J. Duret *Traicté des peines et amendes*. Lyon, Abel l'Angelier, 1583).

10. (1583). *Sonets dorez concernans l'hideuse difformité des mœurs civiles du trop dissolu temps present, d'avec celles de l'heureux et presques inimitable siecle passé.* A Monseigneur le lieutenant general Delanges. A Lyon, par Jean Patrasson. Avec permission (8 pag.). Bib. Gratianop. p. 7672 (2).

(1) Functi pridie Non. Mart. anni CIↃIↃLXXVII. Bullodius hos duodecim versus noverat (V. Append. primam), quos Bugnonius obsignavit : Juriscons. Celta, Matisc. inque Limenarchia et doanna Lugdunensi procurator Regis Franciæ... Exstat in Bib. Nat. Ln27 16499.

(2) Legitur f° 1 epistola ad Angelum præsidentem : « Vous recevrez, s'il vous plaist, Monsieur, les sonnets que je vous offre, à fin que souz vostre nom, faveur et protection, ils voyagent librement par tous les coings de la terre :

Carmina hæc fere omnia scriptor dicavit : 1° A Monseigneur le lieutenant general Delanges ; 2° A Monsieur l'esleu Mornieu ; 3° A Monsieur Robert, advocat a Dijon ; 4° A Monsieur Barjot, lieutenant general civil et criminel au bailliage de Mascon ; 5° A Monsieur Prevost, avocat de Dijon (1) ; 6° A Monsieur Papon, lieutenant general à Montbrison ; 7° A Monsieur Duret, enquesteur pour le Roy a Molins ; 8° Aux peres trop indulgens a leur generation libertine ; 9° A Monsieur de Masso, conseiller presidial a Lyon ; 10° A Monsieur de Marbé, capitaine de la ville de Mascon ; 11° A l'honnete de un aimee, Lyonnoise ; 12° Aux vertueuses deesses. (2)

11. Græsse (*Thresor des livres rares*, 1859, v°. Bugnyon) ex bibliotheca Techneriana venum datum esse testatur libellum Bugnonii : *Commentaire sur l'edict du roy Charles IX donné a Tholose pour contenir les serviteurs et servantes en leurs devoirs et charges.* » Cum hoc opus mihi non in

et que tous ceux qui en auront la veüe, se resentant de noz trop grands malheurs, deplorent avec nous le miserable estat et fortune diverse de nostre nation, que durant ma longue maladie artretique j'ay tousjours plaint, pour les infinis travaux qu'elle supporte dés si longues années, qu'elles excederont bien tost la memoire des hommes. Baisant les mains de V. S. A Lyon, ce 16 septembre 1583. Vouloir et esperer.

(1) Eosdem versus transcripsit in « *Commentaires... sur les ordonnances de Blois* » p. 35.

(2) Hic exempli causa carmen unum afferam.

A l'honnete de un aimee, Lyonnoise (Madeleine Thevenon).

Ou est le bon conseil de ces vieilles matrones,
Qui pour les tendres cœurs distraire du service
Qu'elles doivent à ceux desquels l'amour propice
Les empesche de seoir sur les diffamés trones,
Dient pour se garder d'estre tristes et mornes,
Qu'elles doivent vaquer en plaisir et delice,
Chacun jour assister parées à la lice
Des Gnidiens muguets pour y planter les bornes :
Qu'elles doivent avoir pour faire leur mesnage,
Autant que de besoins de servans de bon age,
Et ne s'amuser point au soing de leur maison :
Le jour aller causer avec les accouchees
Le soir aller au bal des Nimphes espousees
Et mener ce beau train en tout temps et saison

promptu fuerit, non compertum habeo utrum recte an falso inter opera Bugnonii annumeretur.

12. Verderius, *Bibliotheque*, pag. 1219, nuntiabat opusculum novum sub prælo esse de phratriis. Reipsa in lucem venit anno CIↃIↃLXXXV et exstat sub titulo : *Commentaire sur les edicts et ordonnances du Roy contenans les inhibicions et defences des confrairies monopolaires et les causes pourquoy...* Lyon, A. Tardif, 1585 (1).

13. *A la tourbe populaire*, P. B. I. C. M. *Sonet*, in : Guillaume de la Tayssonniere, *Institution du serviteur domestique*. (2)

14. Sequitur « *hexasticon ad eamdem*, » cui Bugnonius suum βούλεσθαι καὶ ἐλπίζειν subscripsit.

Tandem ipse Bugnonius de aliis a se compositis libris loquitur :

1° De libello cui titulum imposuerat : « *Conseil politique* ». Incertum est num typis eum mandaverit, quod primum temere credideram, Bullodii loco confisus, quo se *ordinationes politicas* vidisse dicit. Sed hic verisimiliter eum libellum cogitavit quem sub n° 2 notavimus. Scire tamen licet hoc « politicum consilium », gallicis versibus scriptum esse, quorum nonnullos Bugnonius excerptos in operibus servavit (3).

Quod opusculum ipse definivit : « un coq-a-l'asne en forme de satyre, adressé au peuple de Lyon sur l'establissement des conseillers et echevins et la reformation des affaires concernant l'honneur et utilité d'icelle » (4). Illud, conscriptum jam anno CIↃIↃLXXVIII, eadem fortasse de causa nunquam typis mandari sivit, qua usque ad annum CIↃIↃLXXXIII servavit.

(1) Bib. Nat. FLL 10 anc. porté, Dicatum domino de Langes. In versibus quos operi præscripsit (datis XIVma die mensis maii CIↃIↃLXXXV) Bugnonius nuntiat se inter civiles tumultus domi clausum hos commentarios scripsisse de quibus inter ferias anni superioris jam cogitaverat. Privilegium datum est XX jul. CIↃIↃLXXXIV. In hoc libello decem carmina legas de vita recte degenda (p. 61 et sq.).

(2) Bib. Arsenal B. L. 18119.

(3) *Loix abrog* p. 480. *Ord. Blois*. p. 132. p. 48-49.

(4) loc. citat.

2° In Legibus abrogatis p. 317 duos versus profert ex libro tricesimo sexto *juvenilium et amorum*, de quibus nihil scio.

3° Epigrammata, pluribus libris distincta, se composuisse testatur, (e quibus unum in quarto libro Legum abrogatarum pag. 394 excerpsit), sed ita testatur, ut nunquam typis mandata ea fuisse significet. (1)

*
* *

Quidquid id est, ex tot operibus diversis quæ mira fecunditate illius sæculi tulit, multa supersunt unde nostrum simillimum fuisse judicemus iis qui nunc in diurnis quotidie de omni re, ut tempus poscit, disserunt, docent, disputant, declamant. Seu de morte aut nuptiis nobilis viri, seu de regis adventu agitur, sive obtinent campos aquæ aut urbem pestis vexat ac terret, sive nova lex promulgata est aut lata, sive medicati fontes inveniuntur vel incenditur annona, aut soluta aut stricta oratione, quodcumque accidit, de eo ex tempore dolet, gaudet, suadet, judicat.

Ignoscendus vero qui nec pretio scripsit nec totum tempus nisi feriarum in nugis consumpsit.

Præterea, si ex omnibus nonnulla sunt quæ tollere velles, alia quæ negligere placeret, restant tamen quæ manifestum faciant hunc obscurum virum locum, nec quidem ultimum,

(1) « Nolim distichon quod alias lib. primo Epigrammatum contexui de monachorum solitudine aliqua hominum quantumvis etiam longa memoria intercidere. Ita enim præ se fert

Non debet monachus sociis comitantibus uti,
Solus in exigua semper at esse domo.
Istud aperta docet vis nominis : attamen ipsi
Vim falsam hanc monachi nominis esse putant :
Namque solent semper sociis comitantibus uti,
Si cadat ut socius mox ferat alter opem.

Hic catalogum illum claudere debeo, etsi persuasum habeo et multis aliis versibus aut epistolis libros Bugnonium ornavisse quæ, multis tamen e pulvere erutis voluminibus, oculos meos non offenderunt.

habuisse inter eos qui fortiter constanterque, magno quidem discrimine bonorum personarumque suarum, pro jure atque humanitate dimicaverunt.

Etenim semper existimaverat Bugnonius, quod quidem non dubium est quin nostra ætate multis insignibusque documentis munitus firmiore etiam animo fuerit affirmaturus, ex omnibus civibus advocatos potissimum debere in rebus publicis versari, et, ut ipsius verbis utar, « civitatum administrationi præfici » (1). In legem non semel invehitur ab Henrico secundo latam, qua « togati omnes magistratibus municipalibus aut officiis decurionum interdicti erant. Quod edictum natum erat ab imperitis ac litterarum hostibus, qui semper odio litteratos habuerunt » (2).

Itaque, « rebus ubique in pessum actis, » cum periclitanti ac laboranti reipublicæ peritissimi solum, quibus sese annumerandum credidit, auxiliari posse viderentur, etsi, collegis infelicior aliquot, inter magistratus non delectus est urbis quæ suos semper peculiari amore fovit, non potest tamen teneri quin occasione utatur et de legibus quas explicat, seu latis seu antiquatis, quid in iis bonum atque utile sit, disputet. Nunc profecto, eversis illis legibus moribusque, quanquam post longum tempus restant nonnulla quæ ætas nostra corrigenda accepit futuræque ætati corrigenda traditura est, attamen plurima, ut satis intellegitur, eorum quæ Bugnonius insectatur, in melius et lætius mutata sunt. Jacent ergo, ut tela post pugnam, argumenta litis judicatæ, digna vero quæ colligantur, si quis tam agitatæ ætatis historiam absolvere velit.

De re judiciaria sæpissime, ut natura hominis et vitæ genus suadebat, egit, iis quidem verbis quæ recti honestique amantem virum declarent, nedum ea indulgentia erga vitia legum hominumque utatur, qua longa consuetudo togatorum sæpius

(1) *Loix. ab.* p. 214.

(2) *Loix. ab.* p. 218. Animadverte tamen eum, si honores urbanos ambierit, non eam viam ingressum esse, qua ad eos duceretur. Videmus enim haud semel eum communi Lugdunensium opinioni, votis, moribusve intempeste esse adversatum, præsertim cum de vestitu serico inter regem et civitatem contentio orta est.

oculos obcæcat. Sortem deflet eorum qui, tanto sumptu litigantes, non aperte sed quasi cuniculis dimicare et dolo dolos cavere coguntur.

Quis enim pro certo habere potest se causam, vel optimam, obtenturum, cum et alius fiat, mutata regione cæli, vultus justitiæ, et auctoritatis regiæ natura una sit ac simplex, legis vero multiplex (1)? Quamdiu igitur dissoluta et ex diversis ac sæpe contrariis congesta jura non composita erunt in unum, tamdiu calumniator ex acervo armorum facillime eruet, quo se tueatur ac forsan vincat.

Deinde quisquis actionem instituere vel de re minima audet, formulis judiciorum ita implicatur ut tot laqueis irretitus, sæpius de jure decedat, aut, si pergat, prius vitæ finem quam litis reperiat, aut tandem, si felicissimo exitu causam obtineat, pauperior tamen evadat e foro, dissipatis inter « æruscatores latronesque » fortunis (2).

(1) « Nous entrons en un labyrinthe de proces, parce que n'estant le droit basty d'une seule piece, ains recousu de divers eschantillons, un chacun s'en faict une couverte à sa guyse. Et ne se trouva jamais proces, qui n'eut d'une part et d'autre assez de loix pour le soustenir. C'est de quoy j'ay voulu advertir nos François pour deplorer la misere et calamité de ceux qui sont contrains recouvrer le leur, par voyes et moyens si douteux et incertains. » (*Loix abr.*, p. 224).

(2) Si nous croyons entre aultres M. Joachim du Chalard, aucun ne pourra recouvrer sa maison, son jardin, sa vigne, son pré et debte, si le juge est meschant et avaricieux, qu'avec une tres grande longueur, traict et fil de proces, une excessive despense et incredible diminution de son bien, par les appoinctemens retraictables, incidens, et sentences interlocutoires, et aultres petitz brigandages et heteroclites larronneries de pratique, qu'il fera couvertement soubz le voile et manteau de justice. (*Ord. de Moul.* pag. 125). Cf. pag. 256 : « Je ne puis assez grandement declamer contre ceux qui taschent et procurent, voire de leur naturel, envelopper de tenebres les causes lesquelles ils ont receues claires et faciles des parties : qui eternisent ce qui se pourroit brevement et expeditement vuider, par delaiz et defaux : qui apportent parjures, faussetez, mensonges, finesse, fraude, force, peur, larrecin et mauvais dol aux sieges, ceux-là doyvent estre non privez de leurs estats, mais ignominieusement chassez. Et *Loix abr.* pag. 184, CV : « Insuper ab usu frequentiore recessit l. properandum. C de jud. ut causæ decidantur intra triennium. Nam hoc in regno protrahuntur sæpius ad xxx annos et quandoque usque ad mortem, et ad viduam et ad hæredes : et le plus souvent, si lon a affaire avec chiquaneux, temeraires et volontaires plaideurs, gens riches, ou de credit, on n'en voit jamais la fin, encore si l'on obtient, on ne gaigne rien, car on (n) a adjudication de la moitié des despends.

Quomodo enim his legis ipsius vitiis non abuteretur emolumento suo ista, quæ circumstat judicia, multitudo hominum, quibus « lites sunt pabulum, quique rationes omnes suas in spolia civilia conjecerunt (1) » : hinc lictores viatoresque quos vulgo huissiers et sergens appellant, « fæx plebeculæ », quorum numero opifex, qui dextra victum quærere potest, adscribi indignaretur (2); illinc procuratorum turba, « quorum alii, qui ignorantia avaritiaque cum lictoribus contendunt », pessimi sunt, alii, cum partes « agere suam causam, aut per se, aut per advocatos, ut olim solebant, possint (3) », admodum inutiles.

Ipsorum quidem advocatorum multitudo superest, quorum « cumulus » jamdudum impletus in dies ita augetur ut « jam reliquorum plebeiorum numerum excedat (4) ». « Quod prodit ab eorum avaritia, radice malorum omnium, qui in academiis laurea cujuscumque gradus qualescumque etiam obvios, nummis præstitis, ornant (5) ». Præterea vel inter eos, qui bonis artibus imbuti « dirimere ambigua facta causarum, et civium spem, vitam, posterosque defendere possunt (6) », rabulæ nonnulli, « despecta re veritateque, effugia et diverticula quæritant », vel etiam, omissis omnino causis quæ agendæ sunt, « veluti canes alterutrum sese lacessunt jurgiaque caussarum ad injurias suas commutant (7) ».

(1) Budæus apud Bugn., *Moul.*, pag. 255.
(2) *Ib.* pag. 99 et seq. « Le meilleur des sergens ne vault pas beaucoup d'argen ».
(3) *Ib.*, pag. 255 et seq.
(4) *Loix abr.*, pag. 440, LXXXIII.
(5) *Ib.*, Cf. *Moulins*, p. 42 et 240.
(6) *Loix abr.*; pag. 440.
(7) *Moul.*, pag. 204, 206 : Les meilleurs juges « sont le plus souvent deceuz par ces braves harengueurs, qui ont autant de fiel au cœur, que de miel en la bouche. Et ne se doibvent les magistratz fier ny arrester à telz causeurs et babillardz, qui n'ont le plus souvent aultre chose que la bave, un caquet affecté, un fluretis de paroles sans lettres, et un jargon oultrecuidé que reprend aigrement Martial... Fault sur tout qu'un advocat soit veritable en ses plaidoyers, qu'il n'allegue rien de superflu, qu'il deduise et lise feablement les actes et appoinctemens desquels il entendra s'aider pour justifier au besoin ses faits et moyens, qu'il n'use point de paroles fardees, ny de redictes, qu'il soit modeste et attrempé et surtout se garde en plaidant de venir aux opprobres ou faictz injurieux ne servans en leurs matieres. »

Magistratibus vero ipsis res forensis maxime laborat. Nam ut judices « pedaneos et ulmicolas (1) » omittam, qui maxima oppidanorum utilitate, si inter litteratos deligerentur, de plerisque causis breviter et minimis impensis cognoscere possent (2), illos quidem, quibus jus honorque datur in curia aut in senatu aliquo sedendi, non merita sed plerumque sors ambitusque promovet.

Olim apud Romanos « lege Pompeia cavebatur, ne quis magistratum caperet, neve in senatu esset annis triginta minor... Consideranda erat eligendi nobilitas, prudentia, fidelitas, ætas competens, conscientia cum mentis integritate proveniens, item rerum experientia, adhæc solertia, ingenii acumen, justitia et morum probitas artisque peritia. » (3)

Nunc præ omnibus bona et fortunæ.

Dum multi viri « gnari praxis, ad verborum linguæque certamina minime rudes, callidi solertesque juris, atque eloquentiæ consulti, quibus obstat rei familiaris exiguitas » (4), arcentur, jus exercent inepti, « pueri aut indocti qui aliorum consiliis confidere debent, et causam, si obscura sit aut fiat, impertiuntur. » « Aliquando erit quod Romæ initio principatus Imperatoris Claudii visum est, videlicet jus civitatis usque adeo vile, ut rumor tunc increbuerit, posse id vel vitreorum vasorum

(1) *Loix abr.* p. 315.

(2) *Ib.* p. 256 : Il seroit de expediant et necessaire, quoy que lon die au contraire, que les jurisdictions pedanees et subalternes fussent exercees es villes closes, prochaines d'une journee, de l'habitation des laboureurs et autres, et que les juges chatellains ou leurs lieutenans fussent tous graduez. Car outre ce que la justice en seroit plus honoree et illustree, les proces seroient aussi mieux instruits et fermez en moins de temps, les incidens jugez sur le champ, sans contre l'ordonnance, comme il advient le plus souvent, par l'ignorance, malice ou avarice de telles harpyes, appointer les parties en droit, et prendre autant d'espices pour l'incident qui se presente, d'espices, dis-je, qui se paye(nt) pour la vision des pieces, que l'on feroit pour juger l'instance principale et de poix. Les pauvres gens ayant leurs affaires à desmeller en une ville, par devant un juge qualifié, seroyent mieux servis, traitez et expediez plus promptement et peut-être a beaucoup moindres frais auroyent des docteurs et advocats, ausquels pourroyent recourir pour avoir promptement conseil et remede.

(3) *Loix abr.* p. 217.

(4) *Loix abr.* pag. 7. Cf. 311-315.

fragmentis loco pretii præstitis comparari (1). » Sed jam quo damno omnium virtus post nummos quæratur sciunt « Galliæ devastatæ. » (2) Nam, stipendiis destituti, quæ publice digna atque idonea obtinere deberent, judices, quos Pericles apud Marcum Tullium non solum manus sed etiam oculos abstinentes habere debere dicebat, recuperandæ pecuniæ causa quam largitionibus ambitionibusque consumpserunt, acceptis donis pecuniaque, pretio jura, quo nihil iniquius indigniusque esse potest, describunt.

In tanta morum corruptela non potest quin moveat stomachum et atram bilem (3) et in hanc officiorum mercaturam, omnium « flagitiorum principium ac finem iterum iterumque invehatur (4). » Vana irritaque cadent omnia, quæ corrigere tentabis, velut si quis aqua vas pertusum implere studeat, nisi ante omnia sublata erit lex perniciosissima, abrogata sæpe, sæpius usu et more restituta, qua magistratus veneunt et venduntur. Frustra judices « actiones contra ipsos intentare volentibus respondere debeant », « damnaque improborum judiciorum de suo oblæsis restituere compellantur », (5) oportet quantiquanti rex acceptam pecuniam solvat et pravam consuetudinem penitus evertat, qua in curiis senatuque præsides consiliariique creantur, iisque succeditur (6).

Sed non modo de his rebus, quæ ante oculos quotidie versabantur, Bugnonius secum cogitavit, at contra unde tot clades ærumnæque, quibus illa ætas laboravit, defluxissent, quæsivit et in summa intellexit.

Neutram enim illarum sectarum quas inter Gallia dilacerabatur sequi voluit. Scio equidem Bullodium eum temere accusasse quod se suaque labe hereseos infecisset. Noli tamen oblivisci eumdem Bullodium societatis Jesu sodalem fuisse severumque animum erga omnes qui vel in minimis in fidem

(1) *Ib.*, p. 345.
(2) *Ib.*, p. 7.
(3) *Ib.*, p. 347.
(4) *Ib.* p. 7.
(5) *Ib.* p. 9, 10, 103, 221, 408, *Moul.*, 93.
(6) Vide *Moul.* p. 6, 11, 30, 42, 57, 58, 59, *Loix abr.*, 4, 103, 105, 430, 446, 450, 489. *Blois, Pref.* et passim ; *Remonst. aux Estats*, 4, 5, etc., etc.

peccassent, gessisse. Et Bugnonium, si rem ex ea parte considerare velis, non omni culpa vacasse satis intelligitur.

Primum historiunculas et miracula « quæ plus æquo sibi varia persuaserant monachi, et commentari ac prorsus divinare audebant ut populum in religione continerent » (1), audacter vera esse negat et Petro Venerabili infitiatur. Inde iræ.

Præterea de ipsa Ecclesia sacerdotibusque liberius severiusque plerumque dixit, sive in eos invehitur qui « scientia, moribus, ætate, concilii non congruunt institutis, sive illorum increpat ignaviam (2), « qui dum lucrandis fidelibus debent insistere, venandis feris incumbunt, et quos capere homines oportet in eorum locum capiunt aves ac bestias », et dum « mortibus student animantium, vitam suarum amittunt animarum » (3). Interdum magis incitata oratio, cum de his loquitur, ad declamationem quam eloquentiam esse putabat, insurgit.

« Si, ut mos erat antiquis, seniores ad presbyterium ascis-cerentur nec pateret janua tam efferatæ juventuti, non tot scortationes, libidines, tot contubernia et illicita conventicula admitterentur, non tot prostituerentur virgines raptæ, tot mulieres redigerentur ad nequitiam... Sed undè nam tot prodeunt deliria, tot fornicationes? Ex nimia scilicet crapula, ex ventre et ingluvie, ex nimia illa qua maxime pollent fere quidem homines, sacerdotis nomine tantum celebres, pleonexia et nutriciorum exuberanti et quotidiana redundantia, ex ocio et delitiis, ex alio quam literarum, quas parvi semper faciunt, studio, ex eo denique quod inserviunt potius ac sæpius avaritiæ lucro ac rebus secularibus quam divinis. Mirandum ergo non est si nostro hoc seculo major Christianorum caterva a recta via deflexit (4). »

Pietatem tamen veram sinceramque profitetur sæpius, necnon

(1) V. *Chron. Urb. matiss.* p. 31, 44, 48. Cf. Fustaller. *Chronicon* 52 et 43.
(2) *Moul.*, p. 242.
(3) *Loix abr.* p. 300: cf. *Remonstr. aux Est. de Blois* p. 4, r°.
(4) *Loix abr.* p. 452. Imo facit indignatio versum. cf. seq. et p. 350, 365.

orationem precibus conspergit (1). Imo apertis verbis, quibus nihil explicatius esse potest, novam sectam « Calvinistarum », « monstrum fatale, exitiosumque » (2) debellat detestaturque.

Imo cædis illius quæ a sancto Bartolomæo dicta est, meminit (3), nulla reprehensione addita, nullo verbo tristiore, animadvertens tantum, quasi jocose, nonnullos ex « istis hominibus », id est novarum rerum fautoribus « admodum peropportune » mense Julio anni CIↃIↃLXXII cum Christo et Rege Carolo Valesio gratiam inivisse, iisque sese reconciliasse, quos venuste, veteris historiæ memor, *Sanates* appellat ; neque ipse jocatur modo : illud, quod quidem gravius est, adjicit, ejus diei memoriam deleri non oportere, at sane in perpetuum servari, et in Calvinistas vehementer invehitur.

Inde fit ut non hæreticis modo, ut Bullodius voluit, sed ne politicis quidem annumerare eum possis.

Attamen haud secus atque Hospitalis et omnes qui ab illo profecti sunt, discordias civiliaque bella, quibus sub nomine religionis homines ambitiosi Galliam dilacerabant ac prope delebant, exsecratus, pacem, communem bonorum omnium fontem, quotiescumque occasio datur, stricta solutaque oratione, latine galliceque laudat, sperat, precatur :

Nos sumus illius patris sacra pignora utrique...
Nos sumus et Galli Trojano sanguine creti,
    Nos sumus et tua gens, rex, hominesque tui.
Dedecus est Gallis in Gallos vertere ferrum,
    Præliaque innumeris exagitare modis.
In Turchas satius foret enses stringere acutos,
    Aut regni fines amplificare tui. (4)

Ne quis pro religione arma capiat, sed si parere nequit, ne

(1) *Loix abr.* 318.

(2) *Ib.* 351. Cf *Remonst. aux Est. de Blois* : (2 v°) « Sainte Eglise qui ne peut errer » et pag. 3 : « Sectes pernicieuses et infectes. » Vide carmen quo Bellaii opus de quo egimus commendat.

(3) V. *Loix abr* p. 298.

(4) *De fœdere cum Gallis*... cf *De la paix ; Plaintes et regrets des Trois Estats ; Consilium ad regem ; Loix abr.*, p. 502 etc. etc.

in Deum peccet, potius lares, jubente conscientia, ac patriam mutet. (1)

Sed cum nemo fere illius legis qua civitas quæque semper stetit recordaretur, quid inter strages strepitumque armorum, in tanto vitæ bonorumque civium et ipsius reipublicæ periculo, de legibus moribusve in melius mutandis bene succedere poterat ?

Multa tamen vitia corrigenda sunt, multa inique constituta aut prave facta tollenda, nam « infelix sæculum alias leges atque alios mores postulat (2). »

Ergo si rex totius populi querelas desideriaque exaudire velit, necesse est advocet, more majorum, concilium quo regia majestas imperiumque, velut columine, semper stetit firmatumque est. Sic veteres cum populo de bello, pace, vectigalibusque agebant. (3) Quod si comitiis convenire frequentibus non sine incommodo omnium civibus liceat, præsertim in subitis aut levibus rebus, senatum rex consulat rogetque, qui in promptu est, antequam legem ratam esse jubeat, nedum patres jure antiquo spolientur. Nam, ut ait Plato, « nullæ sunt rectæ leges nisi communiter totius civitatis gratia positæ (4) ». Accidet fortasse interdum quod jam accidit, ut senatus legem, etiam communi utilitati accommodatam, suarum privatarum rerum respectu, ne sanciatur, aut, ut dicunt, insinuetur, recuset. Sed si, priusquam feratur, lex promulgata

(1) « Il fault obeyr ès loix des Princes. Car toute ame est subjecte à la puissance des superieurs. Et ne vient aucune puissance supervivente que de Dieu... Quiconque donc resiste aux Rois et Magistrats, il resiste à l'ordonnance et volonté de Dieu, comme escript Sainct Paul aux Romains, tresieme chapitre .. Cecy sont les propres mots de l'apologie de maistre Charles du Moulin, contre un livret intitulé *la defense civile et militaire des innocens de l'Eglise de Jésus Christ*, en la section seizieme, que si de faict il advenoit que le Roy commandast quelque chose contre Dieu, ou contre la parolle d'iceluy, qu'en ce cas, ne faudroit pas obeyr au Roy ; mais aussi ne luy faudroit il pas resister par armes, ains faudroit plutost mourir, ou se retirer de son obeissance et changer de pays. » (*Ordon. Moul.* p. 90).

(2) *Loix abr.* p. 214.

(3) La Royauté n'a point de fondement plus asseuré que les estats du peuple, corps et colleges legitimement congregez : sans le consentement desquels on ne faisoit en France ni guerres ni paix, et ne mettoit on nouvelles impositions et tailles sur le peuple. (*Ord. Blois*, p. 14). Cf. *Remonst. aux Est.* fin.

(4) *Ord. Moul.*, pag. 16.

erit in curiis, ut cuique vel suadendi vel dissuadendi licentia detur, exploratius tum, incolumi jure civium et sua auctoritate, princeps decernet (1).

Quod si regi consuetudinem jam inveteratam servare placebit, et proprio arbitrio legem ratam esse jubere, in consilium saltem privatum publicumque peritissimos honestosque viros advocet, ejectis tot peregrinis aut domesticis aulicis, patriæ helluonibus, qui sese insinuant, ambiunt, grassantur et verbis et obsequio principibus ut sibi munera et officia, quæ melius esset doctos idoneosque utilitati publicæ exercere, obtineant, aut ærario publico avaritiam expleant (2). Amotis his pestibus necessariæ leges, quas reges populo et dare debent et eas quidem optimas pro suo in eum amore dare volunt, celeriter scribentur et scriptæ servabuntur.

Quales autem Bugnonius de rebus fere innumeris quas tractavit, has esse voluerit, explicare mihi non vacuum est, quod si vel leviter præstringere velim, libellus hic deficiat. Ut paucis absolvam, rei publicæ plurimum interesse existimavit suum quemque certum locum tenere nec ordini senatorio equestrem, militibus mercatores ita misceri ut ne veste quidem discernantur (3).

Restinguatur deinde hæc insania luxus, quæ jamdudum ita furit ut unicuique « victum habitumque superiorum ambire suadeat » et purpuram « quam olim Alexander sibi fere prohibebat (4) », diu magistratibus servatam, sericasque vestes operarii induant, et, vel in tabernis et cauponis quæ nihil aliud nisi peregrinorum hospitia esse deberent, vel in aleatoriis

(1) *Ib.*, 18: « Je serois d'opinion qu'estans les memoires dressez pour establir des loix en ce Royaume selon l'exigence des cas et que le temps le peut requerir, cayers et copies d'iceux leur fussent envoyees, et à chacun des parlements pour y faire telles declarations, moderations et remonstrances que de raison, lesquelles veues fut promptement pourveu, à fin que d'eslors en apres il ne fut plus de besoin que de publier partout la volonté du Roy. »

(2) *Remonst. aux Estats*, p. 7, 9, 10; *Conseil polit.*, in *Loix abr.* p. 480.

(3) *Ib.*, 7 r°, 10 v°. *Ord. Blois*, p. 132 et seq.

(4) *Ord. Moul.*, 130, *Discours sur l'atour de veloux; sonnets dorez ; Loix abr.* 133, 303, 319.

« quæ corrumpunt bonam indolem bonosque mores » ætatem pecuniamque perdant (1).

Sed ante omnia fiant in pauperes lex hominesque mitiores et misericordiores. Ne tam acerbe exigantur, imo potius omnino tollantur vectigalia, quibus onerati egeni ac prope victus inopes laborant, aut, ut verius dicam, premuntur (2), cum Ecclesia, divitesque omni rerum copia abundent.

Ne in miseros, qui in ære alieno sunt, severe animadvertatur : nam turpe est, « hinc triumphare in viis pravos homines qui aliorum dissipatis facultatibus vel suffuratis, postquam cum suis creditoribus pacti sunt, illis illudunt quos dolo expilaverunt (3) », illinc comprehendi et in vincula conjici miserrimos quibus stipem porrigere, non manicas injicere oporteret. Inde-

(1) *Moul.* 197.

(2) Non contineo quin unum locum hic afferam :

Balde tient en la loy, etiam Cod. de re judica. pauperes quorum industria necessaria est ad alimenta, non debere ad onus tributi et indictionis adigi...

Aujourd'huy tout le contraire s'observe, specialement et entre autres à Mascon, ville de ma naissance, ou il n'y a si petit frippellu, qui ne soit cottizé, quand il ne seroit tenu pour sa cotte part, qu'au payement d'un sol, voire qu'il n'ait borde, maison ni buron, et ne vive que du jour la journee. Ce qui est une grande honte et vergongne aux asseeurs des tailles, lesquelles à la verité se doivent partir et esgaler a la juste ballance selon les biens et facultez d'un chacun, le fort portant le foible, sans supporter l'un, pour fouler l'autre, d'escharger l'un pour surcharger l'autre, par hayne ou inimitié sans avoir esgard au gain journalier d'un pauvre artisan, lequel peut cesser en une seule heure, par maladie, debilitation de membres, prison, ou autres divers effects et accidens. En sorte que quand l'ordonnance d'Orleans art. 34 parle des contribuables à la taille, le fort portant le foible, cela s'entend de ceux qui ont des biens en evidence, ou qui font quelque honnete train de marchandise, ou que l'on scait avoir argent à interests : non des belistres qui n'ont aucun de ces trois moyens, et qui peuvent despendre en peu de jours, tout ce que avec grand travail, en long espace de temps ils ont peu gaigner et rester. Et ne devroit personne estre cottisé qu'on ne sceut pouvoir aiseement payer cinq sols pour le moins. Car quelle cruauté est ce de contraindre un miserable chetif qui ne scait de quoy faire soupe, au payement d'un sols, deux, trois, quatre ou cinq, veu qu'il seroit beaucoup plus charitable de luy donner, que à lui possible de trouver, le plus souvent, du pain pour luy et ses enfans pales de fine faim. C'est pourquoy Basilius Porphyrogeneta constituit tributum pauperum qui solvendo non essent, a locupletibus exigendum esse quod a græcis ἀλληλέγγυον vocabatur. *Loix abr.* p. 130.

(3) *Loix abr.* p. 349.

corum quidem est civem vel debitorem duci a creditore non in servitium sed in ergastulum et carnificinam. Nam « si ipsi Romani aliquando audierunt vocem tribunitiam de levando fœnore, nec addici quemquam civem romanum ob creditam pecuniam passi sunt », « liberum corpus Galli quoque servare debent quod ne quidem unquam nervo debetur. » (1)

Sed hactenus. Satis enim ex his quæ attulimus perspici poterit, quam attento acutoque oculo et firmo justoque animo Bugnonius res hominesve ætatis suæ spectaverit et æstimaverit.

Longe tamen nobis alia mens est ac contendamus eum haec omnia et innumera alia ex suo fonte hausisse. Alia enim lex ipsa suadet quam commentariis illustrat (2), alia, ab ipsis rebus nata, totum illud sæculum unanimo planctu precatum est. Sive enim illos magistratus qui ad rempublicam totos se contulerunt, sive turbam jurisperitorum qui de legibus vel gallicis vel romanis scripserunt, sive multitudinem legatorum qui aut in conciliis, aut, antequam concilia haberentur, in oppidis suis de rebus publicis retulerunt, Hospitalem hinc, illinc Molinæum Rubysiumve audias, unam vocem audias et eam quidem quæ ab insigni cancellario profecta per reliquum sæculum resonare videatur.

Poetæ ipsi, ne communi saluti deessent, non minore quidem felicitate quam studio, sæpius de rebus publicis cecinerunt. Quis Ronsardi præclaras ad regem orationes non novit, quibus innumeri Bellaii, Fabri de Boderia, Fraxinei, Pibracii, Costæi, Verderii, immensæ, ut brevi præcidam, multitudinis versus addendi sunt, quos si quis recensere velit, nomina omnium hujus ætatis vatum afferre debeat. (3)

Ceterum Bugnonius sibi non tantum sumit ut nova inauditaque dicere se contendat, sed contra, pro sueta probitate de

(1) *Ib.* 328. Cf. 338.
(2) *Moul.* 3, 84, 96, 47.
(3) Vide *Catal. Bib. Nat.* I, passim.

qua jam egimus (1), quibus auctoribus ipse loquatur, profitetur (2). « Ad apum imitationem, favos suos ex omnibus autorum celeberrimorum libris velut e floribus omnigenis, construere, et in cellas ac alveos referre, ut longe forent ipsis tamen præcipue apiariis acceptiores, voluit (3). » Hæc sunt quæ, nisi fallor, sine arrogantia dicuntur; an quid amplius sibi vindicare potuerit, videris.

*
* *

Quidquid id est, Bugnonius ex his libris fructum perceperat, præsertim si famam gratiamque respicias, qua apud æquales valuit.

Nam quod ad bona attinet, certissima documenta testantur Bugnonium circa annum CIƆIƆLXX, quo maxime floruit, non pecuniosum fuisse, sed re nummaria interdum laboravisse.

Primum enim modica vectigalia pendit, si alios vel magistratus vel causarum patronos conferre velis (4). Quod si meminisse placet, Lugduni, his temporibus, unumquemque civem ex censu, pro rata parte, vectigal pependisse, « mobilia industriamque » Bugnonii mediocri pretio æstimata esse vides.

Plerisque deinde collegis pauperior, ac procuratoribus lictoribusque, nullam domum propriam habuisse, nec usquam illud Musæphylacium de quo loquitur certo loco videtur posuisse, sed inquilinus, relicta soceri domo, incertos lares mutavisse (5).

(1) V. supra, p. 18.

(2) Inter quos afferam Hospitalem (*Loix abr.* 345); Octomanum (*Ib.* 369); Molinæum (*Ib.*, 173); Paschasium (*Moulins*, 19); du Chalard (*Ib*, 58); Guidum Pade (*Ib.* 71); Bourdin (*Ib.* 101); Paponem (*Ib.* 172); Joh. Bochet (*Ib.*); Budæum (*Ib.* 178).

(3) *Loix abr.* 379.

(4) Ph. Bugnyon, advocat por son meuble et industrie huict livres tournois (1571). Insequenti anno 4 libras ab eodem poscunt. (V. Arch. Lugd. CC. 150 f° 32, 154 f° 7 r°). Laurencin XX, Nicolaus de Langes C, Rubysius XV Bourdon XII, Hieronymus de Castillone XXX, Torveo L, Andreas Mornieu LXXV libras pendunt.

(5) Vide in Arch. Lugd. regesta militiæ (ser. EE) gallice dictæ pennonagii, quæ nondum in ordinem componi potuerunt. Anno 1568 in pennonagio Bulliod inscribitur (depuis la maison de jusques a Porte-Froc, comprenant

Denique in ære alieno eum sæpius fuisse manifestum est primum ex contractu quo vidua Petri Mousnier, nomine Alix Cailhoux, pecuniam remittit (1). Nam noster, postquam ab

le circuit de St-Alban, tirant par la rue le long du tenement de St-Jean à la Bombarde et d'ilec tirant par la rue jusque à la maison de Me Jean Videly). Anno 1571 pennonagii Baraillon signa sequitur quod incipit « depuis le petit Palais en tirant au coing du grand Palais entrant en la rue de Tramassac et de la Monoye jusqu'au coing de la rue de la Bombarde. »

(1) Vide Ins. regesta an. 1577 CLXII, v° : A tous ceulx... nous, garde du scel commun royal estably aux contractz des baillages de Mascon et seneschaussée de Lyon, scavoir faisons comme ainsi soit que Alix Cailhoux, vefve de feu Pierre Mousnier, quand vivoit libraire, demeurant à Lyon comme dame et maistresse de ses droictz, eut cedé, quité, remis et transporté... à Monsieur Me Phillibert de Bugnyon, docteur es droictz, advocat ès cours de Lyon la somme de huict cens livres tz a elle deus par les hoirs dudit feu Pierre Mousnier, tant pour la restitution du doct par elle constituee et paiee a son dit feu mary que pour l'augment d'icelluy, ensemble tous aultres droictz, noms, raisons, actions, obligations et hypothèques que luy pouvoient competer et appartenir... pour laquelle (somme) exhiger et recepvoir de qui il appartiendra elle ayt constitué procureur led. sr de Bugnyons auquel elle ait donné plain pouvoir et puissance de faire comme de son faict propre... de laquelle somme faisant ladite cession icelle Alix Cailhoux ait confessé avoir eu et receu dudit sr de Bugnons la somme de cinq cens livres ts., de laquelle elle se soit tenue pour contente et bien paiée d'icelle et ayt quicté ledit sr de Bugnon et les siens, avec pact que jamais ne luy en sera riens plus querelé ne demandé et pour le regard des trois cents livres ts. iceluy sieur de Bugnons luy ayt constitué une rente et pension annuelle de vingt-quatre livres ts. payables chacun an par moytié aux festes Nativité St-Jean-Baptiste et Noel,... comme dit est amplement par le contract de ladite pension et transport sur ce receu par Me Antoine Margat le jeune, notaire royal audit Lyon, en date du vingt ungieme jour d'aoust dernier passé, *nonobstant laquelle confession et quictence desdits cinq cents livres ts. apposee audit contract de transport, la verite est telle que ladite Cailhoux n'en a oncques rien reçeu*; néantmoins son intention estoit, comme elle a confirmé estre de n'en vouloir onques rien quereller ny demander audit sr de Bugnons ni aux siens, ains de la luy donner...

Pour ce devant Claude le Riche, notaire et tabellion royal de Lyons dessoubs signé... ladite Alix Cailhoux... bien recorde de son dict acte... pour les bons et agréables services qu'elle a cy devant receus et que lui ont esté faicts en plusieurs ses necessités par ledit sr de Bugnons et qu'elle espere qu'il continuera... cedde, quicte, remet, et transporte par ces dites presentes par donation pure mere simple et perpetuelle... audit sr de Bugnons present et acceptant,... stipullant à son prouffit et des siens hoirs et successeurs et ayans cause à l'advenir quelconques ladite somme de cinq cens livres tournois par elle receus comme dict est à la prendre suyvant le contract de cession, pour d'icelle en faire disposer par ledit sr de Bugnons comme bon luy semblera, ladicte pension de vingt quatre livres tournois a elle constituée par ledit contract et transport saulve tant seulement. (9 sept. 1577).

ista muliere jus emerat repetendi DCCC libras ab heredibus Petri Mousnier, chirographo pollicitus se numerato D libras soluturum et annuum fœnus XXIV librarum præstaturum bessibus, mox promissa repræsentare nequivit et donatione liberatus est. Sed si propter multa et insignia in se merita, de quibus nihil nos amplius augurari et suspicari ipsa voluit, hæc matrona id liberaliter ei largita est, sunt qui avarius cum nostro egerint.

Primum, sponsor amici, a creditore homine duro Claudio Platet avaroque postulatus, frustra paucos dies vult auferre satisdatoque intra septimum diem CCCCXX libras solvere debet (1).

Deinde tertia decima die novembris anni CIƆIƆLXXIV in jus suo nomine vocatur a lanio, qui XXIX scuta et sex solidos numerato exigit recusatque ne in se Margaritæ de Bourg nomen transcribat (2).

Sed quid multa, cum jam satis appareat res domesticas Bugnonii interdum impeditas esse, nec domum omni rerum abundantia semper floruisse.

Opinionem vero sollertiæ prudentiæque habuisse videtur, quam quomodo unusquisque annus auxerit, difficile est scire, cum impii illi homines, quibus erant commissa regesta judiciaria, ut servarentur, illa, omnium de re forensi laborum principium ac fontem, partim vermibus escam fieri passi sint, partim ipsi ita deleverint ut, quod ad annos CIƆIƆLVIII-CIƆIƆLXVIIII spectat, nihil aliud nisi disjecta documenta supersint (3). Insequentibus annis licet nec primas nec secundas partes obtinuerit, non tamen inter turpem ulmicolarum turbam in otio Bugnonium vixisse apparet. Florent tum Lambertus Pinet, Hugo Athiaud,

(1) V. Regesta Senech. 1569, 21 jun.

(2) Bugnonius causa cecidit. Sine dubio de eadem Margarita agitur, vidua Johannis Thevenon, quæ litis expensas nondum solverat. (V. supra, page 11.)

(3) Ex illis tamen et anno CIƆIƆLXVII (XXIV die Maii) et CIƆIƆLXVIII (II die decembris, Bugnonium causas oravisse compertum habemus.

qui, quoties sedet curia, toties alterutrius partis causam dicunt. Proximi illis, sed longo quidem intervallo, Petrus d'Auxerre Bugnoniusque (1) inter se certant (2).

Non dubito quin, si cetera regesta in promptu essent, et in aliis curiis Bugnonium causas orasse manifestum esset. Credamus igitur illi, sese excusanti quod « articulum edicti Molinensis illustrandum, propter molestiam rerum quibus obrutus esset, praetermiserit » (3). Ceterum domi eum habuisse librarium vel, ut barbare dicunt, clericum qui auxiliaretur, testatur donatio ex Archio eruta, cui ille clericus testis adfuit et nomen inscripsit (4).

(1) Sequuntur Duboys, Bonand, Girinet, Grolier, deinde Paparin, Verpilieu, Perieu, Leriche, Fournier, Giraud, Bourdon. Praeter hæc nomina pauca in regestis invenias, quamvis multi alii causarum patroni Lugduni tum vixerint : de Crozet, Rolin, Hugues Broquin, Pujol, etc. Vide Arch. Lugd. repertorium CC. pag. 310, 341, 342, 343 etc.

(2) Si quid certius desideres, afferre licet indicem temporum, quibus annis CIƆIƆLXIX et CIƆIƆLXX, causas nostrum oravisse compertum habemus (Ne tamen credas nihil nos fugisse.)

	Mense	Januar.	xviima, xviiima, xxviiima, xxixma die.
MDLXIX	—	Feb	xviima, xxvima.
	—	Mart.	ima, xxma.
	—	April.	xxima.
	—	Jun.	xviii ma, xxima.
	—	Jul.	xxviiima.
	—	August.	xima.
	—	Septembr.	vima, xiiima, xxma, xxiiima...
		(Oct. 1569 — Mart. 1570 regesta desunt).	
MDLXX	—	Mart.	xviima die.
	—	Jul.	viima, xvma, xxma.
	—	August.	xivma, xiima, xxxima.
	—	Sept.	viima, xixma, (*bis*).
	—	Nov.	xvima, xviiima.
	—	Dec.	xivma.

Nec numerum paginæ, nec ipsis voluminibus ordinem certum assignare possumus, cum hæc omnia nuper recuperata nondum in ordinem digesta sint, sed vix e pulvere eruta jaceant ita confusa, ut quis nonnulla ex iis quæ periisse credimus aliquando forsan inventurus sit. Neque ea mibi, nisi mira erga me amici Georgii Guigue, servando archivo Lugdunensi præpositi, benevolentia reperire aut evolvere licuit.

(3) *Ord. Moul.* pag. 60.

(4) V. Insinuationum regesta an. 1577 pag. CLXII, v°. « Faict et passé audit Lyon en la maison d'habitation dudit sr de Bugnon le neufviesme jour de septembre l'an mil cinq cens soixante-dix-sept. Presents honneste homme M. Bernardin du Buisson, praticien, demeurant audit Lyon et André Villars, du lieu de Perreux, en Forests, cler demeurant avec ledit sr de Bugnon, tesmoings à ce appelez et requis, lesquels tesmoings et sr de Bugnons ont signé la minute des presentes et ladite Caillioux a dict ne savoir signer. (Le Riche).

Re vera multo magis gloriæ quam quæstus amore ductum esse Bugnonium, quanquam angusta res aliter suadebat, testantur tot opera quæ natura sua nihil praeter laudes existimationemque publicam ei conciliare poterant. Profecto, brevi nobilitatus, in conspectu fuit omnium. Mitto quidem eos versus quibus ignobiles sodalesve poetæ Petrus Gyrodet, Petrus Costau, Franciscus Tartaret, Johannes Allant, Gratianus Chandon, Guillelmus de la Tayssoniere, Carolus Fontaine aliique, more ejus temporis *Erotasmata* nostri commendare voluerunt (1). Quid enim de his carminibus sentiendum sit, satis infra videbimus. Sed et alius generis opera a nostro scripta viri non minimi ponderis laudibus magnis ornaverunt. Scio equidem eruditos, ut mos erat, non parcius poetis laudavisse, sed ita pleno ore, ut sæpius divina salutarent quæ nobis mediocria aut pessima esse hodie videntur.

Imo compertum habeo ipsum Bugnonium non abstinuisse quin ἐπαινετικά, si amici deficerent, a se ficta falsòque hujus aut illius nomini addicta scriptis suis præponeret. Testis est exemplar quoddam (*Commentaires sur les Ordonnances de Moulins*) olim in bibliotheca Francisci Meyssonerii Matisconensis, nunc in Gratianopolitana Bibliotheca servatum (sub nota F. 11930). Cujus in limine legitur Epigramma, quod Bugnonius illius Meyssonerii esse finxit. Sed ipse Meyssonerius, emendatis nonnullis versibus, in eadem pagina hac nota infitiatus est : « Je desadvoue cest epigramme, car je ne le fis onques ny ne le voudrois avoir faict. — 1567. Fr. Mayssonier (2). »

Bis igitur erret qui temere credat istius modi laudibus.

Noli tamen opinari omnia commentitia esse. Quod ut probem, unum afferam Joh. Duretum Molinensem. Longa quidem necessitudine inter se Duretus Bugnoniusque vincti erant, cujus amicitiæ auctor Bugnonius fuerat, nam si Dureto ipsi

(1) V. *Erotasm.* p. 102-109.

(2) Ne nimio crimine obnoxius sit noster, recordabere et Bartholomæum Anulum ad se versus composuisse quibus Fontanii nomen inscripsit. (V. du Bell *Let. inéd.*, 88.)

credas, noster non benigne modo juvenem ignotumque officiosus exceperat, sed potius illi se ultro obvium tulerat (1).

Attamen liberius de eo et libris ejus sæpius Duretus dixit (2), seu jejunius vel copiosius tractata, seu perverse scripta reprehendit.

Quod si vetus amicitia non obstitit quin aliqua notaret carperetque, cur eum in castigando verum, in laudando fallacem fuisse ponas ? Quidni potius velis, omissis aliquot immodicis verbis (3), hunc bona fide Bugnonio inter doctos tribuisse locum ? Audi porro quæ in Commentariis de Blesensi edicto scripsit : *Je prise tant le Docteur Bugnyon (qui certainement est digne de recommandation pour ses diverses sciences) que j'oseroye dire cette faute n'estre venue de sa part, mais plustost de l'Imprimeur*. Et in ipsa præfatione : *le docteur Bugnyon s'est si dextrement employé à exposer ce qui*

(1) De quoy tu pourras voir plus amplement par M. Rebuffe... desquelles je me suis aidé en beaucoup d'endroits à la compilation de cette harmonie.

Recommandation de Monsieur Bugnyon

Ainsi que des doctes et singulièrement accomplis traitez de Monsieur Bugnyon docteur es droits et advocat à Lyon, lequel sans m'avoir cogneu d'ailleurs que par les premiers petits fruicts que je presentoy au public les années dernieres, m'a souvent depuis visité par lettres, accourage a la suite de mes entreprises, et donné conseil tendant à la continuation de mes tels quels labeurs, dequoy je lui demoureray toujours redevable, et ne pouvant mieux protesteray devant tous la bonne affection qu'il me porte sans l'avoir deservie, estimant avoir beaucoup acquis d'estre aux bonnes graces d'un homme tant recommandable, pour la cognoissance des langues diverses qui est en luy, l'entiere intelligence des loix grecques, latines et françaises qu'il a n'agueres très doctement accordees au profit du public et soulas de ceux de la robe, qui avec moy lui doyvent louanges eternelles... (*Harm. des mag. romains*... 160 a).

(2) V. *Advertissements... sur l'edict... des Estats de Bloys*. Lyon, Ben. Rig., 1586. pag. 158 v° : « Sauf sa reverence il se deçoit, et n'y a aucune apparence pour son party en tout ce qu'il a allegué... » Cf. 162 v° « Mais semble que le docteur Bugnyon vueille rendre la cour beste combatant mon opinion... Quant à l'ordonnance de Loys 12 alleguee par le Docteur Bugnyon, elle est fautive en sa cotte, c'est le § 59 au lieu du 56 qu'il allegue : mais ce seroit peu de chose du nombre, si le texte approchoit de son opinion. » 179 r° « L'opinion du Docteur Bugnyon desplaist aux ordonnances de France,(ainsi que luy mesmes le tesmoigne) et encores plus à la raison. » 185 r° « Bugnyon, accordez voz opinions si contraires.» Cf. 190 v°, 201 v°, 208 r° et v°, 221 v°, 233 v°, 271 r° et v°. 279 r°, 280 r°. 284 v°, 285 r° et v°, 292 r°, 295 r°, 297 v°

(3) Ut hoc unum afferam, nostrum æque ac Rebuffum *divinum* legum interpretem salutat (*Harmonie des mag. romains* p. 178).

touche la justice que ce seroit trop hautement entreprendre d'en vouloir parler apres luy » (1).

At enim illa a nimia verecundia et amicitia fortasse profecta sunt. Quid quod in libro suo Duretus sexcenta prætermisit, ea satis ample docteque a Bugnonio explicata confessus, nec quidquam se novi afferre posse ratus (2) ?

Nonne etiam apud Vintimiglium illum, qui jure linguæ græcæ peritissimus habebatur (3), prudentiam nostri in honore fuisse id testatur, quod Bugnonium socium laboris aut delegit aut saltem non repudiavit, cum versam a se Lysiæ orationem notis a nostro illustrari siverit (4) ?

Sed de his satis fuerit, si ipsum Barnabam Brissonium testem adhibuero, qui, ut ipsius Bugnonii verbis utar, « in suorum catalogum nostrum recensuerit », quique non privatim modo in « amantissimis literis » sed « publice in senatu cui præerat, honorifice de illo locutus sit (5) ».

Itaque, ne in re jam manifesta nimius videar, non id mirum putandum est, si opera nostri toties impressa totiesque laudata invenimus. Nam non Lugduni modo, sed procul a curia sua et civitate, ut ait Claudius du Pré, anno MDCI, qui crimine adulationis in hominem jamdiu mortuum minime argui potest, Bugnonius viri docti habebat opinionem (6).

*
* *

Quisnam ex amicis Bugnonium regi commendare voluerit nescio. Omnes enim penes quos aliquid publicæ potestatis fuit pari studio coluisse videtur : Lugduni Castilloneum, Ange-

(1) V. *Advertissements*..... Præfat. et p. 289 ; adde quod jam supra attulimus.

(2) V. pag. 190, 193 v°, 196 v°, 206 v°, 212 v°, 213 v°, 215 v°, 216 v°, 220 v°, 240 v°, 241 r°, 249 v°, 242 v°, 254 r°, 256 v°, 264 r°, 314 v°, etc. Cf. *Commentaires sur la coustume du Bourbonnais*. Lyon, Ben. Rig. 1585, passim.

(3) De Vintimiglio vide Lud. de Vauzelles : *Vie de J. Comte de Vintimille*, Orléans, H. Herluison, 1865.

(4) *Apologie de Lysias* de qua supra egimus.

(5) Bugn. *Com... Ord. de Blois*. Epist. dedicatoria.

(6) Monsieur Bugnion, homme docte de nostre temps, avec qui j'ay eu conversation assez familiere, baille d'explications remarquables. (*Apol. contre un livre intitulé Catacrise du droict Romain*, pag. 27 v°).

lum, Nicolaum Mellier, Nery de Torveon, Fornelium, Mandelot, Larcher, Claudium Rubysium, Verderium; Lutetiæ Hospitalem primum, deinde Biragum, Huraltum de Cheverny, Joan. Guæsleum, Brissonium, et si quis alius valebat.

Ex nominibus illis jam satis apparet, Bugnonium eorum qui dignitates beneficiaque in manu haberent, favorem aut demereri et aucupari, aut acquisitum in dies augere, licet præ se honorum contemptum sæpius tulerit (1), omni modo conatum esse.

Tandem somnium, quod fortasse jam fori laboribus defessus somniare cœperat, verum evasit.

Neque tamen adeo felix fuit ut primo impetu metam tangeret. Nam quod in versibus, quos anno CIƆIƆLXXVII tumulo Macuti Pomponii, senatoris Divionensis, inscripsit, sese dicit « procuratorem regis Franciæ in limenarchia et doanna Lugdunensi », ista verba eo majorem mirationem necesse est afferre, quod nemo unquam Bugnonium hoc nomine salutavit, nec ipse postea se hoc munus gessisse memoravit. Re vera, hunc honorem fortasse obtinuit, at non tenuit. Crediderim equidem eum a rege litteras quibus hoc munere ornaretur, impetrasse. Cavebant vero consules, qui paucis ante annis de rege duo millibus scutis portoria conduxerant, pretiumque magistratibus pro rapto ab iis munere solverant. Cum primum nuntiatum est aliquem a rege procuratorem factum esse, nulla mora, rem inquisiverunt. Interrogatus vero præfectus in limenarchia an de hac re certior factus esset respondit sibi nullas regias litteras datas esse. At, quod quidem suspicionem facit eum reipsa et litteras vidisse et Bugnonio conscium fuisse, nomen responsioni subscribere jussus negavit. (2) Scabini vero, seu quid ei diffisi

(1) Les dignitez qui rendent l'ame serve
Sont pour celuy qui veut autruy conduire
(*Erot.* XC, p. 81).

(2) Le jeudy treiziesme de decembre l'an mil cinq cens soixante seize apres midy, en l'hostel commun de la ville de Lyon, y estant noble George Grolier..... consulz eschevins de ladite ville.

Lesdits s[rs] Eschevins, ayans este advertys que quelzques ungs auroyent ces jours passez obtenu certaines lettres de provision d'office de procureur du Roy

ratique eum occultis artibus favere, seu quid certius edocti, statuerunt, si litteræ vere essent datæ, intercedere summaque ope eniti ne insinuarentur (1). Itaque advocato suo Parisiensi,

au faict de la maistrise des portz et traicte fouraine de lad. ville, soulz couleur de quelque faulx donné a entendre a sa mat^{e}, et au grand préjudice de ladicte ville, qui des pieca par eedict expres auroyt obtenu la suppression des offices et officiers de lad. forayne pour le signalle interest qu'ilz ont en cela, ont ordonne que monsieur le maistre des portz et Me Catherin Fortunne son lieutenant seront sommez et interpelles de la part dudit consulat de declarer si aulcunes lettres de provision d'office leur auroyent este presentees, aux fins qu'elles leur soyent communiquees, et la ou par cy apres l'on leur en presenteroyt, les prier qu'ils ayent a ordonner avant aultres choses qu'elles soyent communiquees auxd. s^{rs} eschevins, pour avoir moyen de se pourveoir ainsy qu'ilz verront estre a faire, avec protestations que, ou le moyen leur en seroyt oste par faulte de communication a eulx faicte, de la nullite de la reception et de ce qui s'en ensuyvra.

Ensemble de les en prendre en partie formelle en leurs propres et prives noms; pour faire lesquelles sommations interpellations et protestations ont commis et député Me Dominique Dufour, soliciteur de ladite ville. — Dutroncy.

Les choses susdictes ont este inthime signiffie et d'icelles baille coppie aud. Me Fourtune et faict les soubsmation et protestations susdites par led. M^{e} Du Four au nom desd. s^{rs} conseilliers. Lequel Me Fourtune a demande coppye et requis que au preallable il soit communique aud. s^{r} M^{e} des portz et apres laquelle communication il fera ce qu'il debvra. Dont a este octroye acte aud. M^{e} Du Four par le n^{re} royal soubs^{ne} pour lui servir en temps et lieu ce que de raison. Faict au devant la salle du pallays, le quinzieme jour du moys de decembre M. D soixante seize. P^{nts} Me Jean Maillard, clerc et commis au greffe de la sen^{cce} de Lyon, et Jehan Audoin, sergent royal audit Lyon, tesmoingtz, lesquels ont signez la cedde avec led. Me Fourtune et Du Four. Dumas.

Aussy semblable inthimation et signification susdite a este faicte audit s^{r} m^{e} des portz sus-nomme, et faict les soubsmation et protestations y contenues, et ce parlant audit s^{r} m^{e} des portz, treuve en rue St Jehan. Lequel a requis coppie de ladite signiffication protestations et soubsmation, et jusques a present a declare ne luy avoir este presente aulcunes lettres de provision de procureur du Roy en la juridiction de m^{e} des portz, et que si aulcune luy est presentee cy apres, il pourvoierra ainsy qu'il verra estre affaire par raison. Dont et desquelles choses susd. a este octroye acte audit Me Dominique Du Four, pour et au nom desdits sieurs eschevins, pour servir ce que de raison. Faict audit Lyon, le 15 jour du moys de decembre 1576, p^{r} Me Gabriel Mesgret, greffier en l'officialite dudit Lyon, et Ph. Du Champ, clerc aud. Lyon, tesmoingtz. Led^{t}. s^{r} des portz n'a vollu signer. Led. Dufour et tesmoingtz ont signez suivant l'ordonnance. Et moy notaire royal, Dumas.

(1) Le mardi 15 jour de janvier 1577.....

Item lesdits sieurs ont advoué l'appel interjetté à leur nom par M. Claude De Rubis, procureur general de ladite ville, contre la reception de M^{e} Ph. Bugnion à l'office de procureur du roy en la maistrise des portz et traicte foraine, et ordonnent que ledit appel sera poursuivy au nom de ladite ville et a ces fins ont passé procuration à Me P^{re} Paulmier leur agent au privé conseil du Roy pour plaider en forme et eslire domicile. BB. 96. f° 8 v°.

Petro Paulmier, mandaverunt ut litem intenderet et ad regis privatum consilium deferret (1). Noli autem mirari viros, pecuniæ suæ parcere solitos, ea tum audacia usos esse. Nam impensam se præstaturum pollicebatur P. Bullodius, tum in curia præsidiali procurator, qui, novo procuratori invidens, Lutetiam profectus erat, ut causam civitatis haud secus ac suam defenderet.

Rem tamen in judicium non venisse verisimile est. Nulla quidem litis instrumenta supersunt, et Bullodius ipse, si epistolæ Petri Paulmier fidem adhibeas, suasit ne appellationem facerent (2). Nimirum cum de portoriis *reva*que foranea quæstio universa eo ipso anno esset habenda, conjici potest rem minimi momenti, quæ ad unum magistratum pertineret, prolatam esse ut una cum ceteris dijudicaretur.

(1) *Monsieur Paulmier, agent de la ville en court, por obtenir ung relief d'appel de la reception de Monsieur Bugnyon, procureur du Roy en la resve cartulaire et traicte forayne.*

Monsieur, il y a longtemps que a notre poursuicte les officiers de la reve cartullaire et traicte forayne de ceste ville ont este supprimez et notamment le procureur du roy en icelle, lequel nous avons rembourse de la finance qu'il en avoit payee, et nonobstant ce Me Philibert Bugnyon, advocat en ce siege, s'en est faict nagueres pourveoir, a presente ses lettres au me des portz, lequel, au prejudice de nos remonstrances et protestations, l'a receu a l'exercice dudit estat, dont nous avons appelle et pour ce que nous y avons notable interest tant pour le bien du publicq qui ne souffre que foule et dommaige en la pluralite des officiers que pour le nostre particulier, ayans du roy lad. traicte forayne, en laquelle il n'est besoing d'avoir ung procureur, a la poste dudit me des portz, comme nous avons entendu que ledict Bugnyon est. Nous nous sommes resollus de soustenir ledit appel et de vous passer procuration expresse a cette fin, que nous vous envoyons, affin que sur icelle vous obteniez le relief pour le faire executer par deca a l'encontre dudit Bugnyon. Monsieur Bullioud, procureur du Roy aud. siege est alle expres a la cour. Il fournira aux frais dudit relief comme estant l'affaire sa cause propre plus que la nostre. Nous vous prions de l'avoir pour recommande....... 17 janvier 1577. (AA. 106, fo 6 vo.)

(2) Mess. J'ay receu voz letres du XVIIIe de ce moys, ensemble la procuration que vous a plu me passer touchant estat de procureur du Roy, duquel Me Philibert Bugnyon a este nouvellement pourveu, laquelle ayant communique à Monsieur Bullioud, qui est de pardeca, a este d'advis de ne poinct rellever d'appel et qu'il deliberoyt d'atendre la resolution du cahier particullier que doibvent presenter messieurs voz depputez apres l'arrest du cahier general, lequel n'est encore resolu, mays j'espere avec l'ayde de Dieu que ce sera dedans huict ou dix jours... XXX janv. 1577 (AA. 39, fo 154).

Constat certe insequenti mense novembri urbis privilegia omnia ad nundinas spectantia, sæpissime a regibus confirmata, in annum fuisse prorogata (1). Neque dubium quin munus procuratoris in limenarchia eo tempore sublatum sit, maximo Ph. Bugnonii detrimento; neque ipse postea hujus dignitatis meminit.

Posterus vero jam annus compensationem et quasi solatium ei attulit.

Nam inter electos curiæ Lugdunensis mens. jul. anni CIƆIƆLXXVIII vocatus est. Cujus rei cum tempus omnes fefellerit, ipsam regis epistolam mihi visum est exscribere (2).

(1) M. M. apres plusieurs longues et vives poursuites, affin il feut hier resolu au conseil que l'edict de la traicte foraine surserroyt pour ung an pour le regard des foyres de Lyon, jusqu'a ce que autrement il en feut ordonne. XXVI nov. CIƆIƆLXXVII. (*Ib.*, f° 166.)

(2) Henry, par la grace de Dieu Roy de France et de Polongne..... comme par nostre eedict du mois de juillet 1578 et declaration sur icelluy du 28[me] novembre dudict an, veriffiez et registrez ou besoing a este, et pour les grandes et raisonnables considerations y contenues nous avons cree et erige : un office de president, advocat pour nous, receveur des amandes et deux huissiers sergens en chacune ellection de ce royaume, pour audicts offices estre par nous pourveu de personnes capables.

Scavoir faisons que nous a plain confians de la personne de nostre bien ame M[e] Phb[t] Bugnyon, docteur es droictz, bourgeois de nostre ville de Lyon, et de ses sens, suffisance, loyaulté, preudhommie, literature, experience, et bonne diligence au faict de judicature, a icelluy, pour ces causes et autres a ce nous mouvans, avons donne et octroye, donnons et octroyons par ces presentes l'estat et office de nostre advocat en l'ellection de Lyon, ainsy par nous nouvellement cree et erige que dict est, et aulquel depuis ledict eedict na este par nous pourveu, pour par ledict Bugnyon l'avoir, tenir et doresnavant exercer et en jouyr et user aux honneurs auctoritez, prerogatives, preeminances, previlleiges, franchises, libertez, *gaiges de dix escuz sol*, taxations, chevaulchees, droictz, proffictz, et esmolumens appartenans et y attribuez par icelluy notredit eedict et declarations cy attachez soubz le contre scel de notre chancellerye.....

Mandons en oultre a nosdictz tresoriers generaulx de France audict lieu que par les receveurs de noz tailles en ladicte ellection, chacun en l'annee de son exercice, ilz facent payer, bailler, et delivrer audict Bugnyon lesdits gaiges et droictz doresnavant par chacun an aux termes et en la maniere accoustumee, a commancer du jour et dacte de ces presentes et en rapportant par lesdicts receveurs a ces presentes ou vidimus d'icelles deuement collationnees avec quittance dudict Bugnyon sur ce suffisante tant seullement, nous voullons ce que pour ce baille et delivre(r) luy aura este, estre passe et alloue es comptes et rabatu de ladicte recepte par noz amiz et feaulx les gens de nosdits comptes, ausquelz nous mandons ainsy le faire sans difficulte. Car tel est nostre plaisir....

Multum nos juvaret scire quomodo illa potestate publica, qua tot alios abusos esse declarat, ipse usus sit. Sed regesta curiæ quæ ad hos annos pertinebant periere, nec aliud comperimus nisi Bugnonium totum se muneri dedisse : nam etsi minimum fructum inde percipiebat (1), inter causarum patronos semper adscriptus, nulli tamen privatæ causæ operam impendisse videtur.

Quot annos munere suo fruitus sit Bugnonius, sciri posse prope aliquantisper desperavi, nam diu intentissimeque circa annum MDLXXXX, quo Péricaud Bugnonium decessisse temere asseverat, documenta scrutatus, nihil quod ad nostrum pertineret nec in nataliciis, nec in judiciariis actis nactus eram. Imo, cum anni MDLXXXXV ultima die decembr. advocatum regium nomine Claudium Tisserant in Bugnonii locum suffectum esse compertum haberem (2), magis ac magis in errorem raptus, ac pessime interpretatus litterarum regiarum verba

Donné a Fontainebleau le dernier jour de septembre, l'an de grace mil cinq cens soixante dix huit et de nostre regne le 5ᵉ. Signé par le roy Habert, et scelle de cire jaulne a double queue.

— J'ai receu de M. Philibert Bugnyon la somme de deux cens escus sol pour l'office d'advocat du roy nouvellement cree en l'election de Lion aux gages de dix escuz et autres droicts portez par l'edict de creation d'un president en chacune election de ce royaulme. Fait a Paris le 28ᵉ jour d'aoust mil 578. Et plus bas : pour quittance de deux cens escuz sol. Signé Molland et au doz : enregistré au registre des Intendants et controleurs generaulx des finances, par moy, l'un d'iceulx, soussigne.

A Fontainebleau, le dernier jour de septembre mil 578. Signé Myton. Collationné à l'original par moy consʳ. du roy et controlʳ de ses finances. Signé Habert.

Ce jour d'huit Mᵉ Phbᵗ Bugnyon, nomme au blanc, a este reçu en la court des aydes en l'estat et office d'advocat du Roy en l'election de Lyon apres serment par luy faict en tel cas requis et accoustume et profession de foy pour dudict office jouyr selon que le Roy le veult et commande. Fait en ladite court des aydes, a Paris, le 3ᵉ jour d'apvril, l'an mil V cens quatre vingts et deux. Signé Poncet. (Copie Dinet). (V. Arch. Rhod. C. 186, 180 (V, 2 vᵒ) et Arch. Lugd. FF. Chappe, XX, p. 95, 3).

(1) Anno CIↃIↃLXXXII, regia epistola data die XXVᵐᵃ Mensis martii ita aucti sunt illius beneficii fructus ut quotannis XLIII scuta redderent; qua sane de causa, anno CIↃIↃXCV, scutis CCCL, majore scilicet pretio, veniit.

(2) C. 412 fᵒ 46 vᵒ.

quibus paulisper vacavisse munus nuntiatur, ad hunc annum Bugnonium produxisse vitam opinabar.

Tantas in luce moras non fata dedere !

Nam eum, priusquam annum ætatis sexagesimum ingrederetur, obiisse anno sæculi hujus LXXXVII testantur instrumenta quæ ex libro de tutelis curationibusque afferre licet.

THEVENON BUGNON

Ce jour dhuy dixieme jour d'octobre mil cinq cens quatre vingtz sept (six) (1) est comparu pardevant nous, Balthazard de Villars, conseiller du Roy et lieutenant particullier, civil et criminel en la seneschaussee et siege presidial de Lyon, damoiselle Magdeleyne Thevenon, vefve de feu noble Mre Phillibert Bugnyon, docteur ez droictz, advocat du roy en la court des esleuz, laquelle par la voix de Me Jean Compere, son advocat, nous a dict et remonstre que ledit feu Bugnyon se voyant charge de sept enfans, sans bien peu de moyens, auroit faict son testament et par icelluy nomme et institue ladite Thevenon sa femme a present vefve, son heritiere universelle, legue par droict d'institution particulliere a chacun de sesdits enfans la somme de cent escuz d'or sol, et prye lad. Thevenon d'accepter la tutelle et curatelle de sesdits enfans mineurs. De quoy advertye par la lecture qui luy a este faicte dudit testement, considerant que l'hoirie du deffunct son mary luy seroit plus onnoreuse que proffitable, pour n'estre tous ses biens, meubles, immeubles par luy delaissez, suffisans pour acquiter les dettes qu'il a creees, et non pas mesmes pour la restitution de son dot et autres conventions matrimoniales, elle a este conseillee declarer comme elle declare presentement qu'elle ne veult ny entand accepter ladite hoirie, et en tant quelle luy est defferee la repudié et repudie sans prejudice de ses droictz et actions au beneffice de sesdits enfans, auxquelz elle requiert curateur estre decerne, tant pour assister a l'inventere qui sera faict des biens dudit feu Bugnyon par notre auctorite dans le temps et avec les solennites requises de droict que pour deffandre a la demande et poursuite qu'elle entend faire contre sesdits enfans pour avoir restitution et payement des sommes qu'elle justiffiera par bons et vallables contractz et quictances luy estre deues, et neanmoingtz pour lever l'oppinion que l'on pourroit avoir qu'elle desgenerat de l'affection naturelle qu'une bonne mere doibt a ses enfans, elle offre de les nourrir, eslever, instruire et soullager des proffictz des deniers qu'elle recouvrera, tenant lieu de fruictz, jusques a ce qu'elle ayt treuve la commodite de les loger, pourveu touteffoys qu'ilz luy soyent et demeurent hobeyssans et qu'ils veullent suyvre l'advys et conseil des parens et allies de leur dite mere, non autrement.

Nous avons ottroye acte a ladite damlle Thevenon de ses dires et remonstrances et protestations, et apres qu'elle a declare ne vouloir accepter l'hoirie dudit

(1) Si ipsi scripturæ creditur, jam xma die octob. anni CIƆIƆLXXXVI Magdalena Thevenon recusabat ne hereditatem adiret mariti. Sed adulteravit verba aliquot manus ignota ut diem annumque mutaret, quem nihilominus eum vere esse quem attulimus manifestum faciunt alia instrumenta, quæ in hac parte voluminis leguntur, quorum in ordinem attente digestorum nullum ad annum LXXXVI pertinet.

feu Bugnyon son mary, et la repudier en tant qu'elle luy pourroit estre defferee, comme luy estant plus onereuse que proffitable. Avons ordonne que les prochains parens et alliez du deffunct seront appellez par devant nous pour a leur voix et nomination estre pourveu d'ung curateur auxdits enfans mineurs, tant pour la confection de l'inventere desdits biens que pour la deffense et soubstenement de leurs droitcz a l'encontre de ladite Thevenon, leur mere, et tous autres creanciers dudit deffunct. Faict par nous lieutenant susd., les an et jour susdictz.

CURATELLE POUR LES ENFANS ET CREANCIERS ABSENS DE FEU Me PHILIBERT BUGNYON

Jehan du Burin, plus ancien conseiller en la senesch. et siege presidial de Lyon, Scavoir faisons que aujourdhuy, date des presentes, est comparu par devant nous Me Pierre Dinet, procureur pour et avec luy dam^lle Madelayne Thevenon, vefve de de Me Ph^rt Bugnyon, en son vivant advocat a Lyon, qui nous a dict qu'elle a dressé le compte de l'administration qu'elle a eu des personnes et biens de ses enfans et dudict deffunct Bugnyon, lequel elle est preste rendre, ce qu'elle ne peut toutesfois vallablement faire, sans qu'au prealable curateur soyt decerne auxdits ènfans pour ouïr ledit compte. Et a ces fins les a faict appeller pardevant nous et demande deffault contre les non comparants, pour le prouffict duquel nous a requis que curateur soye decerne ausdits enfants pour ouïr et debattre ledit compte. S'est presenté Ph^r Bugnyon, l'ung desdits enfans, agé, comme il a dict de vingt ans ou environ, lequel tant en son nom que de ses autres freres et sœurs absents, a dict estre prest ouyr ledit compte que sadicte mere leur veult rendre. Et a cest effaict sur ce enquis a nomme pour curateur affin d'acister et debattre ledit compte, Me Andre Verney, procureur es cours pour ouyr et debatre ledit compte, le supliant accepter la charge. (1) Sur quoy attendu ladite nomination et ouy sur ce ledit Verney, nous avons iceluy Verney decerne curateur tant audit Philibert Bugnyon present que autres enfans dudit deffunct, ensamble aux creanciers absents pour les acister, ouyr et debatre ledit compte tant seulement; lequel present a promis par foy et serment sur ce par luy preste de deffendre leur droict et causes à l'audiance et l'examen dudit compte. Dont a este octroye acte. Faict a Lyon par nous conseiller a la seneschaucee, le deuxiesme de juin l'an mil DLXXX huict.

(1) Exstat liber illius Vernay qui inscribitur : *Style ordinaire de la seneschaucee de Lyon.* Lyon, Th. Ancelin, 1599.

PARS II

DE BUGNONII EROTICIS VERSIBUS

PARS II

DE BUGNONII EROTICIS VERSIBUS

—

CAPUT I

DE BUGNONIO SÆVÆ IMITATORE

Jam vidimus amorum libellum, quem semigræco nomine *Erotasmata* Bugnonius inscripsit, anno CIƆIƆLVII typis mandatum esse. Ex privilegio autem dato quartadecima die mensis Martii anni MDLV, nisi menda corruptus numerus est, patet ante hoc tempus, scilicet tertium mensem anni MDLVI (ut recentiorum more initium anni a mense Januario ponamus) versus eos aut absolutos aut in eo fuisse ut absolverentur.

Ceterum scriptor ipse nos carmine quinquagesimo septimo monuit suos elegos antequam apud Vallem Cellam induciæ indicerentur, scriptos esse, scilicet ante diem quintam februarii anno CIƆIƆLVI (1).

Imo et scire licet quo anno amare cœperit ex carmine centesimo tertio decimo condito vicesima die mensis Martii (anno CIƆIƆLV). Cujus si verbis credas, jam ante duos annos inter amoris sollicitudines versabatur (2); amicam igitur illi obviam fuisse

(1) Lors j'écrivoy ces Elegies molles,
Ces vers plaintifz et ce funebre dueil :
Que nôtre Roy Henry gauchoit son œil,
De l'Orient vers les foibles epaules...
Paisibles sont par la Treve les Gaules :
La Treve amene avecq' soy bon-accueil (p. 79).

(2) Deux ans sont ja revolus de mes peines,
Nous sommes ja au vintiéme de Mars (101).

anno CIↃIↃLIII compertum habes. Nec multo post eum versus meditatum esse libenter credam, quem non amavisse nisi ut caneret suspicari possis.

Ante hoc tempus credere est Bugnonium, qui pauca de suo fudit, tunc juvenem incertumque inter poetas magistrum sibi delegisse cui in primis componendis versibus se adderet. Quis fuerit, nescio, amissisque illis versibus nihil certi afferre possum; suspicor tamen Pontum Tyardeum. Nonne enim eam formam poematis Bugnonius voluit esse, quam Tyardeus ab Italia adduxerat, a verbo *sex* dictam *sestinam* (1) ? Et difficile credam Bugnonium numerum modo, non ipsum scribendi genus, quantum potuit, imitatum esse.

Postea enim, licet magis ad alios se conferat, quod infra monstrabimus, semper *Errores* ante oculos habet (2), quorum versus, verbaque et stylum sæpius refert. Imo, si laudibus consideres quibus in Eroticis municipem suum extulit, absque dubio esset eum constanter primum magistrum secutum esse. Vix, inquit, si eloquentiæ Ciceronis Platonisque elegantiæ Socraticam prudentiam jungere liceret (3), suppeditaret dicere quidquid sacer aut potius magis quam sacer divinusque (4) poeta altitudine ingenii admirationis omnium animis injecit (5). Sed ne ipse frigidus videar, verba ipsa afferam :

Celuy duquel la Muse si haut chante
Est de Tyard, qui Phebus represente
Si doucement et va l'esprit embler
Par ses écris parfumez d'elegance :
Pour les ouyr que les princes de France
Voire les Dieus s'en voudroient assembler (6).

(1) Sestinam legas *Err. Amour.* II, 75, éd. 1555, Cf. Cl. de Pontoux, *Gelodacrie*, 60 v°, 1579.
(2) Cf. *Erotasm.* CVIII, p. 94.
(3) *Ib.* p. 109.
(4) *Ib.* LXXXIII, p. 74.
(5) *Ib.* pag. 91, 77, etc.
(6) *Ib.* pag. 65.

Volo hæc sincera esse nec ab ea cupiditate profecta sibi patrocinium maximi viri conciliandi, attamen quod versus dicunt, versus ipsi refellunt.

Primum, quamvis Tyardei numeros interdum imitetur (1), noster in scribendo multo obscurior horridiorque, et, ne multus in re aperta, omnino dissimilis.

Dein ipse Tyardeus aliorum imitator est, qui, quoad Pleïadi adscriptitius civis accessit, inter gravitatem Sævæ et dulcedinem Gelasii (2), seu priorem æquare se posse desperavit (3) seu tantam totius artis eversionem pertimuit, quiddam sibi medium elegit.

Veniamus igitur ad magistros quorum in verba nullus tum scriptor fuit, qui quidem versus in animo condere haberet, qui non juraret.

Anno CIƆIƆLIII, si fere omnibus crederes, tota Gallia uno amore Ronsardi incendebatur detinebaturque.

Re vera, quanquam hæc in brevi conspectu tantummodo ponere licet, divisa erat, ut videtur, Gallia in partes tres, quæ ut a manibus abstinuerunt aut pacem fecerunt, ita tamen aliquamdiu suos quæque mores hominesque habuere.

Hinc Ronsardus suique, illinc Gelasius omnesque qui Maroticam formam servare et reddere perseverabant. De his satis dictum est, etsi forsan necessarium sit demonstrare eam pacem,

(1) Cf. Bug. p. 77 et *Err. amour.* I, p. 45.

(2) Du grave Sceve et du doux Sainct Gelays (*Err. am.* I, p. 77).

(3) Qua admiratione Sævam prosecutus sit satis testantur carmen primum et nonnulli alii loci quibus de « amico nunquam satis laudato » egit (*Sol.* p. 51 v°) Cf. pag. 32 v° et *Err. am.*, II, 29.

Faisant de toy la Delie envieuse!...
Sceve si haut son sonna
Sur l'une et l'autre riviere,
Qu'avecques son mont Forviere
La France s'en estonna :
Qui premier la course ha pris
Par la louable carriere,
Laissant les autres derriere
(Que lui peut en murmurant
Nuire le vil ignorant?)
Premier emporte le pris,
Auquel tous vont aspirant. *Ib.*, II, p. 105.

quæ inter homines conciliata fuit, nunquam id effecisse ut Marotici præcepta exemplaque sua desererent.

Tertiam vero sectam fere omnes, præter illum Bourciez quem in vestibulo hujus operis laudavi, neglexere, cui Mauritius Sæva exempla, si non leges dedit. Amata olim a Clemente Marot, laudata dein a Ronsardo, hæc quanquam Pleiadi proxima est, ut videbimus, neutrius tamen ad arbitrium sese finxit sed sui juris fuit, et, nato Ronsardi sodalitio, mansit. Circa annum CIƆIƆLIII, etsi non numerosa, ut quæ præceptis suis, paucorum ingenio accommodatis, a turba secederet, vigebat florebatque, Lugduni præcipuè.

Quam viam inter illos noster secuturus esset, erat ambiguum.

Sed, quod ad Clementem Marot attinet, si unum quodlibet ex nostri carminibus perleges, videbis utriusque versus, vocabula, denique scribendi totam viam ac rationem maxime inter se differre pravoque judicio usum esse Franciscum Tartaret, Bugnonio gratulantem quod hic Petrarcæ illic Maroti se æmulum præstitisset (1).

Non quod Bugnonium Cadurciani poetæ carmina ignoravisse aut contempsisse contendam, quorum affert nonnulla in Eratosthenis Apologia (2).

Nec nihil ab illa venustate, quam Maroticam appellavere, mihi videtur retinere epigramma illud :

> Vôtre amoureus est deja d'age,
> Pour entrer au chasteau d'amours.
> Au chasteau qu'il aura pour gage
> Des travaus de ses jeunes jours :
> S'il fait à lenviron maints tours,
> C'est pour garder qu'on n'en approche
> Il n'y a ne villes, ny bourgs
> Par acoster, qu'on n'ecarmouche (p. 79).

(1) *Erot.* p. 108.
(2) 40 v°.

Hanc vero viam fere nusquam ingressus est, aut sane brevi reliquit. Nam quod formam carminis, quam veteres *blason* dixerunt, imitatus est, nullum id argumentum est. Ita enim hujus generis poemata increbuerant, ut fere omnes æquales datum exemplum imitati essent, inter quos præcipue Mauritius Sæva qui, æquata pæne magistri gloria, genus ipsum suum fecisse videretur.

Quod ad Ronsardum attinet, materia est ambigendi. Vix enim credi posse videtur eo tempore, quo cycnus ille Apollo Gallicus fere omnium plausu salutabatur, hominem etiamtum adolescentem et pro solita juvenum in novas res inclinatione ad invia tentanda pronum, antiquarum litterarum insuper amantissimum, aures illi obturasse, qui ad Capitolium spoliandum posteritatem Brenni vocaret. Animadverte vero alterum poetam tum immensa apud eruditos opinione valuisse. Puto illum Mauritium Sævam, cujus nomem olim celebratissimum nunc fere ignoratur. Intempestive enim nato hinc Ronsardus, multo, ne quid iniquius dicam, major, illinc Aloysia Labæa officiunt, qui omnium in se convertunt oculos.

Sed aliter olim res se habuit et solus is qui justo volumine de Saeva disserere velit, quantam et qualem gloriam, quibusve modis consecutus ille sit, possit ostendere.

Longa cum Cl. Marot necessitudine conjunctus, primis versibus ejus exempla secutus erat tanta felicitate ut illi succedere videretur et, quanquam mutato postea genere scribendi, amicissimus omnibus illius fautoribus remanserit (1). Vix unum alterumve invenias qui adversus Deliæ obscuritatem repugnaverit : ego vero neminem nisi Des Autels novi, quem quidem modestissimorum verborum quibus elegos carpserat pœnituit, nam brevi confessus non scriptoris sed sui infirmitatis ingenii culpam esse, communi opinioni cessit. (2)

(1) Franciscum Habert, Eustorgium de Beaulieu, Antonium du Saix, Carolum Fontaine, Sebilet solos afferam.

(2) Objicientibus Sævam non intelligi posse, ipse Tyardeus parum curasse Sævam si a vitulis non intelligeretur, respondebat. (*Sol.* 1° p 32 v°).

Sic fama antea collecta apud vetustiores servata, neotericorum æque studia sibi conciliavit, ut qui, nova ausus, viam iis monstrare videretur.

Seu callide, quod vix credam, viri qui primas partes ageret in gratiam ire voluerunt, seu potius ejus scribendi genus suo proximum, quod nos ipsi videbimus, agnoverunt, præcursorem, ut sacris verbis utar, qui ad antiquos purioresque fontes vates adduxisset, salutavere :

Gentil esprit, ornement de la France,
Qui d'Apollon sainctement inspiré
T'es le premier du peuple retiré,
Loing du chemin tracé par l'ignorance,
Sçeve divin, dont l'heureuse naissance
N'a moins encor' son (1) Rosne décoré,
Que du Thuscan le fleuve est honnoré
Du Tronc qui prent à son bord accroissance,
Reçoy le vœu, qu'un devot Angevin
Enamouré de ton esprit divin,
Laissant la France, à ta grandeur dedie :
Ainsi tousjours le Rosne impetueux,
Ainsi la Sône au sein non fluctueux
Sonne tousjours et Sceve et sa Delie.

(Du Bell. II, 143)

Nihil majus Claudius Taillemontius amico suo vindicabat in carmine (*Tricarite*, p. 72) :

Sêve at produi du Laurier bòrg'ons vers
Dont meints rameaus avant l'Arbre ont corone,
Mæs mòn advis, pòr le mieus, *an corone* :
Sêve premier le pere de nots vers :
Car si leur vol prênent par l'univers
Fureurs, amours, è tote leur seqelle,
Etre ne peut qe sus l'œle de celle
Dont amplumés se sont Oêzeaux divers :

(1) Suspicor legendum esse : *ton*.

Celle je di qi de son cler revers
Clére delie, d'ignorance a rompue
La nue en nòs : mœs par clarté reçue
De son Soleil penetrant a travers (p. 72). (1)

Quid alios locos vel ipsius Ronsardi vel omnium qui a Pleiadis partibus stabant afferam ? Apud unumquemque, stricta aut soluta oratione utatur, præcipue vero apud poetas, Mauritius Sæva temporis princeps, maximus divinusque appellatur (2).

Sed Lugduni præsertim floruit, quippe qui cum civium moribus maxime conveniret. Quomodo enim versus illi, nescio quo italico fuco suffusi, et, ut ita dicam, mystici, litterarum amantibus non placuissent Italica doctrina excultis, et quos natura ipsa cælique regio et ad res gerendas maxime idoneos et ad contemplationem, ne ad somnia dicam, pronos simul informaret? Reipsa publicum quasi civitatis fuisse vatem eum anno CIƆIƆXLVIII novimus.

Joannes Tornaesius, Gilbertus Ducher, Vulteius, Philibertus Girinet, Sanyo, Taillemontius, multi alii eum amavere, nonnulli, si quis videlicet alis confidere ausus est, vestigia ejus sunt ingressi.

Neque igitur id mirum si Bugnonius, urbis civis factus, potissimum ad tantum virum se contulit. Non repugnabant seniores, sinebant neoterici, suadebant Lugdunenses. Quid quod jubebant ipsi Matisconenses, ad quos maxime se informare cupivit, hinc Tyardeus, illinc Ant. Molinæus (3)? Ergo, viribus

(1) Quod sic intelligendum esse censeo : Si involant per mundum furores amoresque non nisi alis illius possunt ferri, cujus plumis tot aves (= mulieres) se decoravere, Deliæ videlicet quæ tenebrarum nubes fregit, cum claram lucem referret solis (= Sævæ) a quo illustraretur.

Cf. Des Masures, *Vers lyr.*, Lyon, J. de Tournes 1557 p. 11.

(2) Pontus Tyardeus. Jacobus Pelleterius, Carolus Sammarthanus, Guill. Faber de Boderia, Ludov. Charondas, Stephanus Paschasius, Fraxineus Sævam laudavere.

(3) De priore jam egimus. Alter Phœbi oraculis responsa Saevæ æquabat.

minime diffisus, et ad astra uno impetu evolandi cupidus, pronus in periculum ruit :

Macrin sa Gelonis rend par vers immortele,
Pontus sa Pasitée, et Ronsard sa Cassandre,
Du bellay le los fait de son Olive entendre,
Eternise Muret sa Margaris fidele.
Sa Sainte Des-autels desire toute tele,
Que ses freres divins, leurs gracieuses rendre.
Les dames sont l'objet de la jeunesse tendre
Par nombres mesurez qui ses amours decele.
Je vueil, comme Baïf celebrant sa Meline,
Perpetuer ma belle et docte Gelasine,
De Sceve en imitant les trais en sa Delie. (1)

Attamen, quanquam his verbis nihil potest esse apertius, nullo modo contendam Bugnonium nihil Ronsardicæ arti inserviisse. Ipse quidem non in Legibus abrogatis primum (2), sed in ipsis eroticis carminibus de Bellaio Ronsardoque meminit, quorum nominibus versus prope incipit et claudit. (3)

Quod si nonnulla carmina Bugnonii et Ronsardi conferas, facide deprehendas nostrum Odarum vel Amorum non immemorem. Ut non longius quæram, carmen Bugnonii secundum afferam :

Qui voudra voir une jeunesse vaine,
Un court plaisir, un soucy doloureus,
Une langueur, un torment amoureus,
D'icy dedens lire prenne la peine.
Qui voudra voir comme Amour me pourmeine.....

(1) *Erot.* pag. 10, carm. I.
(2) p. 296, 376.
(3) Son. I et pag. 119 :

Si le Vandomois te vient voir
Vengeant l'injure,
Du Grec parjure,
Pour France de tout son pouvoir :
Si l'Angevin,
Plus que divin,
En l'ouvrage de son Olive,
Tout en sursaut,
Te fait assaut,
Tant qu'en ton preal il arrive...

Fere idem sonat et spirat atque primum Ronsardi :

> Qui voudra voir comme amour me surmonte.....
> Qui voudra voir une jeunesse pronte,..... (I, 1) (1)

Videbimus ipsi infra quatenus in cogitando, in scribendo, in verbis denique novandis inter se conveniant. Sed præterquam quod id eo explicatur quod ambo pariter exempla veterum sequuntur, vel si uno conspectu Bugnonii Ronsardique carmina considerare velis, quanquam et rebus et verbis sæpe proximi, maxime inter se differunt.

Hoc igitur ex iis quæ jam disserui apparet, satis, nisi fallor, novum et inauditum, florente jam Ronsardo famam Sævæ adeo viguisse ut homo in versibus tiro, ex eadem scola ac Ronsardus ipse recens, Sævæ disciplinam potiorem haberet.

Nunc quid a magistro didicerit, et quantum profecerit, videamus.

(1) Cf. Bug. son. LXII, et Ronsard. *Amours*, I, 171.

CAPUT II

QUANTI VERSUS BUGNONII ÆSTIMANDI SINT

Quanti Amores facere deceret, Bugnonius ipse, raro humilitatis pro illius sæculi moribus exemplo, monuit, nam licet posteros non semel respexerit, et de æterno tempore locutus sit, tamen illo amore paterno, quo scriptorem quemlibet, præcipue vero poetam decipi aiunt, minime obcæcatus est, si quidem his mœstis versibus credas quibus opus omne concludi voluit :

> Sais-tu Muret, qui tost fera morir
> Ce mien poëme amoureux, et florir
> Le tien sans fin? c'est le tems : quant au mien,
> Il ne me chault qu'il dure un jour, pourvu,
> Que ma Riante à son aise l'ait vu,
> Ta Margaris perennera le tien (*Er.*, CXIIII, p. 101).

Bene igitur est si opinionem poetæ susque deque habuit, et laudis spem abjecit; nec nobis in animo est merita vindicare quæ ipse, imbecillitatis suæ optimus judex, sibi negavit.

Jure quidem nomen ipsum Amorum ætas abolevit, quorum forsitan interdum versum laudare, carmina vero aliquot in lucem edere, nisi omnium tædio, audeas.

Non quod omnia pessime cogitata scriptaque esse recte putes. Qui hunc versum condidit, cujus Bossuetum in celeberrimo loco meminisse dicas :

> Ils flétriront sans fruict comme l'herbe des champs
> *(Son. dorez)*

non potuit facere quin, dum multa tentaret, multa erraret, interdum incideret in felicitatem. Etenim ut nihil est apud nostrum absolutum, sic aliquammulta non invenusta.

Satis callide de rumusculis, quibus nuntiabatur vota rata esse, ludit his argumentis :

Si pour ouyr le peuple murmurer,
Secretement nôtre amitié s'augmente :
Si tu ne crois, en son parler qu'il mente,
Ne le peux tu comme moy endurer?.....
S'il fait de nous souverain jugement,
S'il nous pretend donner contentement,
Par son divin et louable presage :
Ne dedaignons, Dame, le recevoir :
Car ce qu'il dit possible il est de voir
Se diffinir méme à nôtre avantage (XXXIII, p. 28) (1).

Si tristia flebiliaque magis te juvant, molles sunt illi versus quibus opposuit naturæ felicitati mæstitiam animi in ipsis voluptatibus sensu carentis totiusque ad amorem suum conversi :

Ce prim' Esté, qui rien ne me produit
Qui m'éjouysse, ou m'apporte deduit.
Et le plaisir que je puy recevoir,
M'est si grand dueil et si facheus à voir,
Que contreint suis, bon-gré mal-gré ma vie
Me contrister de ma joye assouvie (El., p. 82).

Non inconcinna venustate in carmine quadragesimo cupidinem suam adhortatur :

Va mon desir : force n'ay de retreindre
Le voler haut de tes plumes isneles :
Trop déja sont valeureuses tes æles,
Pour leur ardeur si tot pouvoir éteindre.
Va mon desir... (p. 32) (2).

(1) Nomen Bugnonii et Amorum toties iterare inutile visum est. Puta igitur quotiescumque numeros modo invenies, *eos ad Erostamata* pertinere. Nomen numerusve Romanis typis impressus carmen indicat, alter paginam.

(2) Cf. LXXI. p. 61.

Placet hic quoque in naturam hymnus, communem omnium parentem quæ in lucem veniunt :

O la non assez louable
Mere des hommes vivans:
O la mere secourable,
La mere ebergeant les vens
Pour soy purger, et les pleurs
Du Ciel pour nourrir ses fleurs! (Gayeté, p. 121)

Tolle enim vocem *purger*, quæ, nunc ignobilis, olim idem significavit ac latinum *purgare*, si *eberger* quod non satis presse dicitur prætermittas, spirat hoc loco quodammodo amor ille quo Lucretius olim, nuper nostrates naturam rerum fovere.

Simillime quoque recentiorum carminibus sonat illud quo universam omnium rerum majestatem pulchritudinemque inclusam in sua amica cecinit :

Soit que je muse aux saintes lois Romaines,
Contemplatif de Nume leur auteur,
De piété sacrosancte fauteur,
Venu du Ciel en ces terres mondaines :
Soit que je réve aux raritez hautaines,
Ouvrage saint de l'eternel Moteur,
Soit que souvent pensif admirateur
Je sois encor' des beautés souveraines :
Toujours ma-Dame est l'objet a mes yeus,
De l'œillader, à plaisir, plus joyëus,
Qu'ils ne seroient de voir l'univers monde.
Pan n'a formé rien de bon, ni de beau,
Qui ne soit fixe en son noble cerveau,
Ou ne s'admire en son cors chaste et monde.

LXIII p. 54.

Dubito vero an non alterum carmen affere liceat quod sic legi majore voluptate quam cura possit. Raro enim sibi constitit, aut, ut verius dicam, raro se ita vicit ne per quatuordecim

versus in obscura aut putida aut sordida, Icareo præceps casu, concideret.

Ceterum si illa aspera et, etiamsi sunt culta, incultis horridiora percurrere libet, multus te manet labor priusquam prope hos fontes quiescas, raros quidem, nec qui sitim expleant.

Deest primum fere omnino numerus, quod satis manifestum faciam, si tibi legem illam, totius francogallicæ artis metricæ principium atque, ut ita dicam, columen, neglexisse Bugnonium ostendero, quæ versus ambos in eamdem syllabam exire jubet :

> Quand je la voy parée de son crépe
> Je me reduy et revoque en memoire
> La majesté de Polia rendue
> Son Polyphile absent, religieuse. XXVIII, 25.
>
> Ay-je expulsé les dieus de leur Olympe ?
> Ay-je pollu les chastes sacrifices ?
> Ay-je excité de ma belle Riante
> L'ire et courrous par fait, dit ou pensée ? XLVI, 36.

Quod hic ex industria, quorumdam exemplo, facile vides, alibi negligentia factum esse suspicari licet : Pag. 26 carm. XXX *Olympe* et *stirpe ;* pag. 68 c. LXXVII *semonce* et *douce;* pag. 118 *hymne* et *alomne* consonant (1).

Femineos masculinosque sonos variare aut nescit aut dedignatur. Præterea versus hæret hiulcus, multis elisionibus scaber. Rara sensus et numeri convenientia. (2)

Multo hac asperitate tædiosior sententiarum verborumque obscuritas. Facile inter hæc omnia carmina ea recenseas quæ non dilucida, tamen sine molestia legi possunt (LIX p. 68.

(1) Ceterum nonnulla de syllabarum prolatione ex iis versibus colligas cum *cendre* et *moindre* (IV, p. 12), *perle et parle* (V. *ib.*), *autre* et *outre* (XXVII p. 22), *source* et *pousse* (LXXVII, p. 68), *marbre* et *cantabre* (VII, p. 13), *suivre* et *fièvre* (CV, p. 93) consona faciat Bugnonius, non invitis, credo, audientium auribus.

(2) Excipias aliquot carmina (Ode, pag. 59, Chant, 77).

Epig. p. 37, xxv p. 23). Cetera vero vel novitate vocum, vel translatione, vel constructione, vel eruditione, puta historiis aut fabulis, vel denique rebus ipsis caliginosa. Exemplo sit carminis xxxvi exordium :

> Si l'eternel l'aimable souvenir,
> Te put jamais revoquer en memoire,
> Pour mes amours, la poursuite victoire,
> Virilement qu'il me faut soutenir (p. 76). (1)

Qua porta ex hoc vestibulo te expedias fortasse recentissimis nostrorum assuetus vides, ego nescio. Pejus tamen etiam genethliacum illud quo oraculorum ambiguitatem ita suam fecit ut sybillina Nostradami verba æquaverit aut forsan superaverit (p. 89-90). (2)

Tandem si non te piguerit per incerta illa aviaque procedere, nec emendaturis ignibus, ut olim Persium Hieronymus, nostrum stomachatus dederis, enucleatis omnibus quæ enucleari possunt, illud longum mendacium amoris uncta simul incomptaque oratione narratum te, credo, non movebit, sed potius tædium afferet. Scripsit nec varia nec varie.

Quid dicam de argumentis? Eadem sunt omnia semper, jam pridem tractata protritaque et græca et latina et tusca præsertim lingua : commemoratio diei, a quo initium amandi factum est, querela, expostulatio, preces, gratulatio, furti narratio, convitium, propriæ vitæ explanatio, comminatio, ut cetera omittam. (3)

Haec omnia repetit, sed pessimo Sævæ Ronsardique ipsius more ita miscet ut amoris vices fortunamque sequi et, ut res poscat, misereri aut gaudere, nequidquam tentes. Inde tollitur omnino voluptas quæ nos in fabulis delectat. Nec tamen accedit vero propius, nam seu amicam depingit (xi, xvi, xvii, xviii, et sæpius), seu ægrotantis miseretur (cvi) aut iratam

(1) Cf. XXX.
(2) Cf. de obscuris. Bell. *Def.* éd. Pers. 105.
(3) Cur nihil aliud caneret ipse monuit (carm. LXXVIII).

conciliat (XLII), seu ratis votis gaudet aut irritis indignatur (XXVI), unam cantilenam canere videtur. Imo suffusus nescio quis fucus, non amoris ardens candidusque color.

Nusquam illi animi impetus, illæ faces dicendi in quas eroticæ simultates erumpunt, angoris vel ipsius languoris testimonia! Et si frigidis versibus credas, non nomen solum amicæ sed ipsos amores eum finxisse putes. Quid plura? si formam poeseos absolutam tibi finxeris aut saltem tot egregiorum poetarum, qui eadem apud nos cecinerunt, memineris, istius generis amor brevi tædium atque, ut ita dicam, odium fiet.

Quid vero? Si non succensent illi qui ex arenarum pulvere cribro distinguere miculam auri student, quæ multo labore acervata thesaurus fiet, nec his succensendum magis, qui in originibus litterarum versantur, quod lutulenta barbarie sæpius pæne obruuntur. Priscorum temporum scriptores, quos defecere vires, non voluntas, viam aperuere et, licet parum potuerint, venia tamen digni quia multa sunt conati.

CAPUT III

QUOMODO, SAEVA DUCE, NOVAM POESEOS FORMAM AFFECTAVERIT.

Petrarcæ fortuna ipsa Mauritium Saevam addixerat. qui illius Lauræ, cujus sacras reliquias invenisset, nisi ingratus et felici casu omnino indignus, oblivisci nequiret. Suadebat quoque tempus quo transalpina peste Gallia tota, Lugdunum vero imprimis, laborare cœperat, Italorumque mores, linguam, vestem, quid? vitam totam publicam privatamve imitabatur. Inde eo majore voluntate se ad hunc scribendi modum poeta contulit, quod natura ipsa eum non tam lucidum quam acutum, velutsi vere stirpe italica natus esset, fecisse videbatur.

Inde tot nugæ quas exsudavit, agnominatio, litterarum mutatio, et omnes ejus modi formæ, orationis putidæ lenocinia :

> Croissant le feu de mon desir ardent,
> Est *Calamyte* a mes *calamitez*. (*Del.*, CXC)

Nec aliter ludit aut ludere laborat Bugnonius :

> Sans mériter *d'avoir*,
> Au moins *de voir* tes beautés celestines (XIV, p. 17).

Cf. : D'une *prudente* et *pudente* Lucrece (XXVIII, p. 25)

> *Mort* qui me *mord* (XIV, p. 17)

Ex eodem fonte fluunt hæc antitheta odiosa :

> Tousjours vivant, tousjours aussi sans vie (*Del.*, CCLXXIX)
> Et en servant j'ay amour deservy (*Ib.*, CXLII, p. 68)
> Je meurs tousjours doulcement sans mourir (*Ib.*, CCLXXX)

Tout au rebours est du Phenix mon étre
Lui vivant mort, moy mourant vif encore (Bug., XV, p. 17)
Pourray-je bien, étant esclave, atteindre
Toy toute tienne, à mes intentions (Id. XX, p. 20) ? (1)

Sæpe nihil aliud nisi verbis ludit :

Voulant je *veulx*, que si mon hault *vouloir*
De son bas *vol* s'étende à la *vollée*
Ou ce mien *vueil* ne peult en rien valoir,
Ne la pensée, ainsi comme *avolée*
Craingnant qu'en fin Fortune l'*esvolée*
Avec Amour pareillement *volage*
Veuillent *voler* le sens et le fol aage,
Qui s'*envolantz* avec ma destinée,
Ne soubstrairont l'espoir, qui me soulage
Ma *volenté* sainctement obstinée (*Del.*, CCCCXXI, p. 191)

Confer Bugnonium : (LXV, p. 55)

Souhaiter doy une *vie* eternelle,
Vie meilleur, que la *mort* de ce monde,
Auquel *mourant*, en *vivant*, je me fonde,
Pour ma legiadre-invincible cruelle.
Tout est *mortel* en la vie mortelle,
Ou rien que *morts*, maus et malheurs n'abonde :
Ce monde est donc la mer large et profonde,
Du fier torment de ma triste querelle.
Cent fois le jour je *meur* et *reçoy vie*,
Cent fois le jour de languir prens envie,
Creignant la *mort* qui tout assomme et tuë.
Mais me voyant en si piteuse peine,
Et d'une *mort* ma *vie* toute pleine,
Fors qu'à vouloir *morir* ne m'évertuë.

Sæpius, non secus atque illæ sæculi septimi decimi mulierculæ quas nostri *Précieuses* dixere, nomen proprium cujusque rei ita transtulerunt ut vix intelligi posset res de qua ageretur.

(1) Cf. Pont. Tyard. :

Mais nous souffrons contraires passions
Moy vivant mort, et toy mourant sans vie (*Err. Am.*, I, 20)
Mourant sans fin pour ne pouvoir mourir (*Ib.*)

Sic frontem *cælum* dixere, quia veluti in cælo labuntur signa, sic in fronte moveri oculi solent, quos sæpissime cum sole astrisque conferunt :

En ton *Ciel* sont deux *astres* reluysans (XLVIII, 38).
O œil jumeau, qu'un double arc pavillonne,
O *ciel* marbrin, surjeté dinement (XIII, 16)

Quid quod circumlocutione Bugnonius utitur, qua rem pluribus verbis ita ambit, ut *pectus*, ut non plura afferam exempla, *locum secretum* (in quo tacitus amor lateat) vocet :

Le desir est une dure tormente
Qui sa vigueur rigoureuse rapporte
Au *lieu secret* de celuy qui le porte (XCII, p. 84)

Hæc omnia facile agnosces. Licet diu poesis nostra ejus generis vitiis corrupta fuerit, qua contagione pestis orta sit, satis notum est.

His perlectis, minime hos profecisse est cur existimes, nec felicius iis perdidisse operam qui paulo antea variandis atque implicandis versuum formis incubuerant. Sed si, non secus atque ceteri hujus ætatis poetæ inclyti obscurive, Tyardeus, Oliverius Magny, Pelleterius, Forcadet, etc., pravæ consuetudini indulsere, non constanter sese in his arctissimis gyris continuerunt, at majora cecinere et aliquid novum inauditumque appetivere.

***

Longe alia mihi mens est ac contendam, priusquam Sæva Deliam suam caneret, omnes poetas nostros, omissis omnino veterum exemplis ac præceptis, soli ingenio ac venæ indulsisse. Nam quotiescumque illius temporis historiam revolvo, magis ac magis ab iis dissentio qui certo anno aut tempore communem consuetudinem scribendi poetas reliquisse fingunt. Videtur enim mihi unusquisque plus minus ad supera

tendere, licet sæpe, antequam ad summa perveniat, delabatur.

Neminem tamen ex omnibus existimo fuisse qui, seu sentiendi dicendive genus, seu in ipsa elocutione stylum aut verba respicias, pari audacia ac Sæva, ignotis itineribus sese credere sit ausus.

Non enim satis sibi putat, si faciles versus aliquo sale consperserit : rara meliora ac majora assequendi cupidine, genus scribendi mutat quo pæne primas partes, functo Clemente Marot, obtinere videbatur, novaque audet, raro quoque communis opinionis laudisque contemptu.

Jam olim Stephanus Paschasius fortitudinem testatus miratusque est ejus, qui princeps profanum vulgus a templis serenis arcere voluit, nec dubitavit in prima acie versari, falsa forsitan spe, pulchra sane audacia.

Quidquid id est, placuit Sævæ non aliter quam illi antiquo solius in manibus Platonis versari :

Plaisant repos du sejour solitaire
De cures vuyde, et de soucy delivre,
Ou l'air paisible est feal secretaire
Des haultz pensers, que sa doulceur me livre
Pour mieux jouir de ce bienheureux vivre,
Dont les Dieux seulz ont la fruition.
Ce lieu sans paour et sans sedition
S'escarte a soy, et son bien inventif.
Aussi j'y vis loing de l'Ambition,
Et du sot Peuple au vil gain intentif.
Del., CCCCXIV. Cf. CCCCXII.

Haud aliter Bugnonius :

Je ne suis fait pour au peuple complaire
Qui ne cognoit ny le bien ny le mal (XXXII, 27)
Sais-tu (Muret) qui fait un Auteur toujours vivre ?
C'est le sçavoir de ses œuvres moteur (CXIIII, 101).

(1) « Ce fut une belle guerre que l'on entreprit lors contre l'ignorance, dont j'attribuë l'advant garde à Seve, Beze et Pelletier ». (*Rech.*, VII, 6).

Ideoque non secus ac magister ipse a commilitonibus doctus salutatus est :

Quant au savoir, s'il vient de lyre,
Un jour pourray savant me dire :
Mais je sens une chose en toy :
C'est que déja je te vois être,
Docte et versé en toute lettre
Ce qui n'est pas encor' en moy.
(Guill. de la Tayss. in *Erot.* p. 106) (1).

Utrum tanta superbia eis profecerit an nocuerit et versus in pejus an melius verterit videbis. Quod ad me attinet, placet illa cura qua versus non invenire sed elaborare eos juvit.

Quam paucos enim tum recensere possis qui stylum sibi proprium aut habuerint aut habere quidem voluerint! Omnes fere in linguam se convertunt ac sibi propriam faciunt, quæ omnium est, ea vero ex quibus stylus efficitur cuique suus, verborum juncturas figurasque, nullas nisi communes quærunt vel etiam optant.

Hi pari labore et linguæ et stylo incubuerunt, interdum pessime, laudandi tamen qui ab illa tædiosa facilitate tot scriptorum illius temporis feliciter abhorreant.

*
* *

Sed jam ad exempla veniam. Satis, ni fallor, quantum sibi difficiles fuerint, monent epithetà ipsa, quorum nonnulla felicia et figuris illustria, perpauca obvia ac pervulgata.

(1) Cf. Carol. Font. : (*Erot.* p. 106)

Les Francois aujourd'huy écrivent
De leurs amours si doctement.

Franc. Tartaret : (*Ib.* 103)

Ta lyre, Amy, qui nous produit
Tous les jours quelque docte fruit
De façon non accoutumée.

Non quod ab iis abstinuerit Bugnonius quæ cum rebus ipsis pæne nata esse videntur; sic deos *olympios* et noctem *tenebrosam* appellat :

> Du cœur des dieus *olympiques* sortie (XXIII, p. 22).
> Emmy la nuit *tenebreuse* et silente (CVIII, p. 94).

Omissis vero iis, quæ veterum exemplo adduxit, epitheta fere omnia diligenter, collatis omnibus quæ vim aut lumen sententiæ addere poterant, quæsivit. Testis ille unus versus :

> Ta bouche *ronde, étroite* et *sandaline* (XVIII, 19).

Ideoque adjectiva, quotcumque deerant aut deesse videbantur, fecit, aut duxit ex recentiore vetustioreve lingua, quod satis videbimus. Ceterum, seu nova inducit vocabula, seu illis utitur quæ in promptu sunt, juncturas novas facit, quibus nonnulli nostrorum invideant. Non ignobilia hæc de oculis :

> Ses yeux *frians* et *noirs* (Ch., p. 96),

ubi vocabulum cibi proprium in oculos dominæ transtulit, in quos amans inhians tacita voluptate pascitur (1).

Nec minus jucunde uno verbo osculum illud pingit, liquidis porrectum lymphis, ut ait Ovidius :

> Donne-moy ton cœur, ma-belle,
> Avecq'un *moiteus* baiser (Gayeté, p. 123).

Nec tantum amicæ dilucidus, aut, ut ipsius verbis utar, vitreus color, sed et naturæ dædala fecunditas verba suppeditavit. Nam si non satis presse dici videtur :

> Les fleurs de teint infinit empourprées (Pan., p. 110),

rarior justiorque, si quis Arabum domos respicere velit, hæc translatio :

> Le verd *emmoresqué* de fleurs (Gayeté, p. 126).

(1) Fortasse meminerat versus hujus Jacobi Tahureau :

> Cet œil *friand* qui folatre se roue
> (*L'Admirée*, e).

Jam ex illis figuris paucis videre potes, non eos solum usos esse iis quæ in mentem sponte venissent, sensibus, ut ita dicam, allatæ, sed et iis quas sola mens excogitasset.

Non minore cura oratio tota elaborata est. Mitto enim eos versus de quibus jam egi. Quid his felicius :

> Dieus, par lesquels les choses se coronnent
> Ayez respect à mon juste desir (XXVII, p. 24).

Nonne pressis illis verbis multa teguntur et poetica translatione quid in rebus humanis dii, quid homines pro sua parte possint significatur ? Ausim dicere scriptum a poeta :

> Le gelasin de ta bouche poupine
> Embelissant ta face cristaline
> Brise mon ame et la prend à l'emblée (XCVI, p. 86).

Eleganter quoque de sermonibus quibus os femineum alas addit :

> O bouche ronde, ælant beninement
> Doctes propos (XIII, p. 16).

Nec minus de stimulis quos spes desiderio adjicit :

> Quel chaut espoir plus fort le cœur épine
> De desir (XII, p. 16) ?

His collectis (1), non possum quin in hoc dicendi genere, quod in Sæva ipso jam facile carpere possis, aliquam tamen virtutem credam fuisse, quæ hujus generis verba crearet. Nemo enim Bugnonio severiorem ac magis aridam et ab elegantia remotam mentem a natura acceperat, cui jucunda poetæ ubertas omnino defuisse videtur (2). Statim ut ad suum revertitur, ita prope solutæ orationi accedit ut nihil nisi numeris ipsis tot versus quos fudit a communi sermone differant (3). Quod vero hic genuinam ac suetam infirmitatem vicit, id Sævæ gratulemur.

(1) Cf. : parfumé d'elegance (Sixain, p. 65) ; gresler la pluie de sa fureur (XXXVIII, 31) ; le vouloir au cœur enchassé (Ep., p. 31) ; œil cuisant de larmes (XXV, 23).

(2) V. in ipsis *Erot.* : Priere a J. C. 64 ; Sixain, p. 46 ; Epigr. p. 23, 52, etc.

(3) Absit tamen injuria ab illa illustri verborum conjunctione qua primus usus est : les vaincues d'amour ! (*Loix. abr.*, p. 423).

*
* *

Cujus generis esse debuerit ille labor, quem Sæva poetis præcipiebat, facile conjicias, si tempora circumspicere velis, quibus doctrina ingenio ipso major fecundiorque habebatur. Hanc magistram et ducem sibi elegit Sæva, quem omnium artium peritissimum fuisse nobis et memoria traditum est, et res ipsæ monstrant.

Primum, quod jam animadvertit Bourciez (1), ipsum amorem nescio quo philosophico et platonico colore imbuit, quem in Bellaii postea celebratissimo carmine sunt mirati. Bugnonii quoque amor alta spirat petitque, non modo castus, purus, et ab illa ferina cupiditate remotissimus (2), sed serius quoque dissimillimusque huic voluptati cujus dolos, furta, gaudiaque vetustiores poetæ nostri cecinerant; humanum mulieris leporem tanquam divini decoris imaginem suspicit et consectatur :

Ces yeux voutés d'un sourcil hebenin,
Ces deux couraus dinement empourprés,
Ce ciel luisant par dessus tout exprés,
Ce beau parler, cet œillader benin :
  Ce chef levé, ce marcher feminin,
Cette couleur yvoirine : en apres
Ce parement du naturel bien pres,
Environné d'une toile de lin :
  Ce qui se peut, ou pourroit jamais voir
De bien posé par l'idee premiere,

(1) *Op. cit.* p. 126 et seq.

(2) Ton amitié, ton esprit, ton cors méme
Fait, chastement je le dy, que je t'aime,
Entre une grand' de dames legion (XVIII, p. 19)

Cf. Pont. Tyard. :
amy de ton honneur
Je t'adorois seulement de pensee (*Err. am.*, I, 79).

En quelque cors, se doit apercevoir
En celle, ou est mon ame prisonniere :
C'est des beautés la beauté singuliere
Ou il luy pleut montrer son haut savoir (1) (X, p. 15).

Scio quidem nostrum interdum e cælo delapsum in sordida incidisse (2). Nihilominus, quantum potest, illam absolutam cælestemque formam contemplatur quam « perfectam » vocat, seu verbum *idéal* e scola vocare non ausus est, seu potius ei non succurrit (3).

Ceterum, uno amisso, non deficiunt multa quæ te faciant incertum utrum de rebus sacris an de profanis agatur. Jam hebraïcæ fidei memor, cum profanis coram tacere dominæ nomen vellet, Pontus Tyardeus eadem circumscriptione usus erat qua ineffabilem deum sacerdotes olim occultabant (*Err. am.*, I, 70). Eodem modo noster :

Sus, sus, mon Ode,
Que l'on collode
La Dame *au tetragramme nom* (p. 116).

(1) Quin hic Bugnonius magistrum secutus sit non dubitabis, loco uno inter multos allato :

Si transparent m'estoit son chaste cloistre
Pour reverer si grand' divinité,
Je verrois l'Ame ensemble et le Corps croistre
Avant leur temps, en leur eternité (*Del.*, CXXVII, 61).

Nec aliter Pont. Tyard. : (*Err. am.*, I, p. 50).

Lors fut Nature et dextre et disposee,
A bien former un œuvre souverain,
Quand elle mit à ma Dame la main,
Suivant l'idee au Ciel ja composee.

Cf. *Ib.*, III, c. 33.

(2) LXXXIX. Arrière traistre... *Canaille infame*. Cf. pag. 4 : *veautra mon ame, nicher son amour* (ib). Sed quæ ex carmine quod « blason » inscripsit (pag. 41) afferre queas, eum veterum moribus concessisse credo.

(3) VIII, 14.

Pour engraver les beautés de ma Dame
Je n'ay burin qui ne soit trop debile :
Mon savoir est trop bas, mon stil trop vile,
Pour approcher du parfait de son ame.

Hic de *holocaustis*, illic de *concupiscentia* vel etiam de *metanoia* (id est *pœnitentia* seu *pœna*), loquitur (1). Amicam mentis æternæ, quæ mundum movet, opus salutat miraturque :

> Ouvrage saint de l'*Eternel moteur* (LXIII, p. 54) (2),

aut vituperat quod ἐν ἀπαθείᾳ sit :

> Mais elle est en *apatie*
> Et ne souffre passion (p. 50).

Nec semel de *principiis* aut *essentia* agit :

> Seul *principe* originel
> De ma passion (Adieu, p. 66).
> Si le vouloir de ma divine *essence*
> Est immuable et mes forces veincuës (XXXV, p. 29).

Quid plura, cum jam, seu res, seu verba in his versibus respicias, Amorem philosophiæ studuisse apertum sit.

Sed is docti opinionem non habeat qui in sola philosophia versetur, nisi philosophiam eam esse intelligas, quæ, ut ante Socratem, omnes divinas humanasque artes in se comprehendat. Non unam Musam Sæva coluerat, quod jam in *Delia* apparet, in *Microcosmo* vero satis superque manifestum est.

Item Bugnonius omnium, quæ didicerat, juris vero præsertim, cui maxime incubuerat, majore, fateor, voluntate quam judicio, meminit :

> L'homme ne peut, sans avoir *sa consorte*
> Faire aucun bien. (Geneth., p. 89)
> Sauf toutefois et le *droit* et le *titre*
> *De restitut.* (p. 8)

Multa sic e foro in Parnassum vocata video vocabula : *indemne* (p. 118), *indeu* (p. 121), *procurer* (XXIX, i. e. procurare), *residemment* (LXXXIII, 74), ut cetera omittam. (3)

(1) V. pag. 4 ; carm. CIV, p. 92 et LXXXV, p. 76.

(2) Cf. Sævam (*Del.*, CCIII) : Puissant effet de l'*Eternel Movent;* et Tyard. (*Err. am.*, I, 17) : Fixe moteur de ma force premiere.

(3) Jam Sæva: *appere* (*Del.*, CCCCXLI); *expectation d'acquet* (*Ib.*, CCCCXLVIII)

Nec medicinam poterat non respicere, cum jam pervulgata comparatione amor cum morbo conferretur, dato quidem exemplo a Sæva, qui ab ea arte verba sæpius feliciter mutuatus est. (1) Ipsius chirurgiæ horridissima vocabula non repudiat :

Phlebotomer te faut cet augst qui t'use (CVII, 94). (2)

Mathematica architectonicam translationem suppeditant, qua Sæva jam usus erat (3), et nomina quæ ad geographiam pertinent : *arctique*, *antarctique* :

Afrique, Egypte et dés le Pole *arctique*
Jusques à l'autre opposite *antarctique*. (Geneth., p. 90) (4)

Sic veterum artium memor (5), recentiorumque studiosa, inter quas illa geographia est, quæ, diu languida, nuper felici navigantium audacia recreata erat, hæc nova poesis nullam humanæ scientiæ partem a se alienam esse putat.

Neque id mirum si totam antiquitatem, qua nihil docti tum pluris fecere aut, ut melius dicam, eam omnium rerum magistram habuere, repetere gestivit.

Bugnonius, latinis græcisque litteris, ut vidimus, imbutus, antiquas voces, fabulas nominaque pleno ore fudit. Sed vocabula, de quibus satis infra agetur, prætermittamus.

Jam in primis carminibus quem veterum diis locum in opere dederit, ipse monet qui, cum est in eo ut amicam primum inducat, potius quam verbis ejus imaginem fingere aggrediatur,

(1) V. *Del.* CCXIII, CCCXCIX :

Mes passions...
Veulent d'effectz *remedes* favorables
Et non *unguent* de frivoles sentences.

(2) De vocabulo *augst* v. p. 116. — Cf. LXXXV, p. 76 *androgine*. Sed noli oblivisci Antonium Heroet hoc nomen libro suo inscripsisse, et Sævam in. duxisse : *hermaphrodite*. *Androgyne* apud Pont. Tyard. I, 61, et III, ch. p. 123, legas.

(3) Yeux couvers d'un *arc forjeté* bravement (XLVIII, p. 38); Cf. *Del.*, CLXXVI.

(4) Cf. *la Sphere* LVIII, p 47 ; et ap. Pont. Tyard, p. 17.

(5) In Astrologia tota carmina pag.89 et LXXXVIII versantur. — Pont. Tyard. hanc artem pæne suam fecerat.

commodius putat deas omnes, quibus par esse aliqua ex parte videatur, recensere :

D'une Junon la gravité modeste,
D'une Pallas la Science divine,
D'une Venus la legiadrie insine,
Pour l'ardent Mars trop superbe conqueste :
De Tindaris le tant louable geste,
Le teint vermeil, la chevelure orine,
Qui la blancheur de l'Aurore voisine,
Quand pour vous luire elle-mesme s'apreste :
La chasteté d'une Veste sacrée
Et l'equité d'une celeste Astrée
Lampage en vous, honorande Cypris.
O bien heureus qui votre amant sera,
O plus heureus qui vous epousera
Et recevra d'amitié le haut pris ! (III, p. 11)

Dein non unam paginam evolvas quin in Circen (IV, 12) Ixionem (VI, 13), Cupidinem (passim), Apollinem (LXXVII), Latonam (XII, 16), Enyo (XXXVI, 30), Thetin (LXXXV, 76), Parcas (LXXXI, 72), prolem Semelæ (CXI, 69), omnes, uno verbo, deos deasque incidas. Nec iis solis nominibus contentus, et illa congerit quæ historiæ priscorum temporum prodidere.

Quand je la voy parée de son crépe,
Je me reduy et revoque en memoire
La majesté de Polia rendue
Son Polyphile absent, religieuse:
Quand je la voy marcher, il me souvient
Du port constant d'une Semiramis :
Quand je la voy, comme elle est toujours, chaste,
D'une prudente et pudente Lucrece. (XXVIII, 25) (1)

Fabularis historia in his versibus tota apparet, spirat, agit, nescio quo scolæ vestitu rudis, qui odiosiorem facit hanc eruditionem. Nonne enim in versibus, quos francogallicos esse

(1) P 4-5. Cf. p. 25, ubi, unde mensis maii nomen ductum sit, quæritur

putavit, verba græca græcis litteris e scribere ausus, quomodo ex iis nomen amicæ duceret, disseruit :

Mais afin que vôtre nom inconu
Ici ne fut, je me suis souvenu
Presentement de le vous faire entendre :
Non qu'à moy soit les lettres vous apprendre,
Prenant du grec leur, premiere origine :
Puis je ne suis de vous enseigner dine :
Mais seulement, par manière d'écrire
Pour decouvrir qu'ὑπ γελᾷν, est sourire (1)?

Quid plura ? Satis jam doctum fuisse in scribendo eum apparet, quem alterum Vadium, si post sæculum nasci contigisset, græculæ illæ mulierculæ Philaminta Belisaque, Gelasina commodiores, largo amplexu essent osculatæ.

(1) Cf. VIII, 14, Hic Dido (LXXXIX, 80), illic Daphnen (LXI, p. 53 inducit).

CAPUT IV

QUID LOCUPLETANDÆ LINGUÆ CAUSA AUSUS SIT

Antequam ad verba ipsa me convertam, ne multa me latuisse suspiceris, te monebo nullo modo ea curæ fuisse quæ, nunc obsoleta, apud vetustiores scriptores occurrunt. Re vera eorum non mediocrem proventum, si libeat, referas, cujus tibi rei fidem facient aliqua ex acervo desumpta :

accointable (LVIII, p. 47); *affanner*, idem ac *ahanner* (XLV, p. 26); *alenter* (LXVII, p. 57); *amoindrer* (LIV, p. 44);

angoisseus (XXVI, p. 24); *aperte* (XCV, p. 85); *s'arrabler* (LIII, p. 44); *assessonner* (le fer) (CIIII, p. 92); *attremper* (LXXV, p. 67).

baster (VIII, p. 14); *belliqueur* (LIII, p. 44);

caroller (El., p. 90); *caut* (LXXXXIX, p. 88); *celestiel* (XX, p. 26); *celestin* (XIV, p. 17); *chapelette* (Ode, p. 100);

deceptif (XCIX, p. 88); *decliner* (mon œil) (LIV, p. 44); *deploré*, i. e. deflens, desperans (LXXX, p. 72); *dessembler*, i. e. separare (p. 112); *desserre* (Gayeté, p. 121); *destrancher* (Pan., p. 113); *detroussé* (p. 76); *diffinir* (XXXIII, p. 28); *duisible* (LXXV, p. 67).

efforcée, i. e. violenta (XXVI, p. 24); *emoulu*, i. e. acutus (XLIX, p. 38); *emparer* (Epig. p. 20); *enseigneur* (CXI, p. 99); *ensepulcré* (LXXXII, p. 62); *esclaver* (II, p. 11); *etellé* (XCIV, p. 85); *expugner* (XXXV, p. 29).

fame (XCIII, p. 84); *felice* (XVI, p. 18); *fluctueus*, (XCIX, p. 88); *fulminer* (fulminare) (CIIII, p. 92).

gorgias (VIII, p. 14).

humblesse (XL, p. 32).

impartir (Gayeté, p. 122); *impiteus* (XXV, p. 23); *impropere* (p. 89); *isnel* (XL, p. 32).

lame (sepulcrum) (LXXII, p. 62);

martyrer (Ch. p. 34); *mitiguer* (CIV, p. 92); *maturer* (p. 9); *mensonger* (XLI, p. 33); *médit* (XXXI, p. 27).

meline (Bl. p. 43); *moiteus* (Gayeté, p. 123); *monde* (LXIII, p. 54); *muser* (LXIII, p. 54 et p. 41).

ocieus (LI, p. 40); *orphaner* (Epigr. p. 39); *outrepasse* (III, p. 11).

palus (Ode, 60); *parangoner* (XLV, p. 36); *parturir* (XXXVI, p. 30); *pennade* (Prot., p. 6); *plumeau*, i. e. pluma (p. 3); *pollu* (XLVI, p. 36); *poupin* (XCVI, p. 86); *pourpris* (XVII, p. 18); *presagir* (LXXXIV, p. 74); *pristine* (CVII, p. 94).

ramenter (XXVII, p. 24); *rebous* (LXXX, p. 72); *recueil* (LXXXIX, p. 80); *reduire*, i. e. reducere (XXVIII, p. 25); *renglacer* (Epigr. p. 33); *rengreger* (XV, p. 17).

sagmenter (IV, p. 12); *senglanter* (XV, p. 17); *soulacieus* (Ep., p. 62); *subvertir* (XXXII, p. 27).

targue (Ode, p. 60); *trousse* (LI, p. 53).

Sed num ex instituto hæc aliaque vocabula servare statuerit Bugnonius, ea vel bona vel novis meliora esse arbitratus, maxime incertum; libentius conjiciam nostrum ea ex communi usu sumpsisse.

Scio quidem nihilominus digna ea esse quæ colligantur digeranturque, si quis fata verborum e quibus tum in eo erat ut nonnulla abolerentur, persequi et notare velit; cujus generis laborem eo minus dedignari ac carpere velim, quod ejus utilitatem fructumque sæpius mihi percipere licuit.

At mihi aliud proposui, nec in animo fuit aut Bugnonium aut Sævam interrogare quis eo tempore usus linguæ fuerit, cujus testes et magis fidos et majores habemus. Scire igitur oportet, non qualem linguam acceperint, sed qualem fecerint, aut facere voluerint.

Nam quin maximæ curæ nostris lingua fuerit, haud dubium

est, quanquam spes consiliaque, ut sæpius deinde factum est, non celebraverunt, nec classicum cecinere. Testis præfatio illa qua Claudius Taillemontius de orthographia egit; testis quoque ille Bugnonii locus in Commentario de edicto Molinensi, quo regi gratulatur gaudetque quod lingua latina gallicæ cedere jussa sit, quæ jam nulli alteri sit impar nec incrementum ullum desideret (1).

Profecto, si purus tenaxque amor, non verbis, sed multo magis actis cognoscitur, manifestum est et Sævam ipsum et omnes qui ab eo profecti sunt omni ope curasse ut « vulgare nostrum » eloquium ditarent nobilitarentque.

Jam quomodo voces cujusque artis proprias sibi accommodaverint, diximus : nunc quomodo novas aut fecerint aut induxerint, quotiescumque decus aut utilitatem quamdam linguæ afferre se posse existimaverunt, videbis.

I. — *VOCABULA IMPROPRIE DERIVATA*

α) Mirum in modum, linguæ græcæ non immemor, Sæva masculino adjectivo articulum ita præponit ut nomen fiat corporale vel sæpius incorporale, v. g. :

> En qui Nature à mis pour sa plaisance
> Tout *le parfaict* de son divin ouvrage (CCLXXVIII).
> Sans efforcer le Monde d'adorer
> Si fervement *le sainct* de ton image (CXCIV).

(1) Le tempz a fait que, ayant esté la langue françoise illustree et enrichie par le cours de plusieurs siècles, elle est petit à petit parvenue à sa perfection, et n'est à présent inférieure à aucune autre. (*Com. Moul.*, p. 263. Cf. *Confrairies*, 44). Huic loco repugnare videntur quæ commentario de edicto Blesensi præire voluit, ubi utra lingua forensibus rebus conveniret, disseruit ; ita enim obscuris verbis fecit ut Duretus ille quem vidimus interrogaret non sine aliqua irrisione quid reipsa sensisset. (Blois, p. 303 v° et 256 r°). Re vera si attento oculo hanc præfationem perlegeris, videbis Bugnonium nostram linguam amare, latinam vero desiderare ea una causa, ne illitterati in curias advocari et eligi possint. Hic igitur de politicis rebus non de litteris agitur.

Non ab ipsius recentioris linguæ consuetudine illud genus dicendi ita remotum est ut non sæpius, præsertim cum de coloribus agitur, usurpetur. Sic : *le blanc de la neige*, *le vert de l'eau*, et alia facile exscribam quæ menti sponte obversantur. Sed et multa alia adjectiva sic pro positivis ponuntur et in philosophorum et in communi etiam lingua : *Le bon de l'affaire*, *le brillant du verre*, etc.

Neminem vero novi qui audacius Sæva hac figura utatur. Testis : *l'aigu de tes esclairs* (LXXX, p. 40) ; *l'obscur de son absence* (CCCLXVIII) ; *l'estonné de l'ebayssement* (CCCLXIX) ; *le resolu de mon intention* (CCCLXXI) ; *le pur de la pensée ; l'humble de l'affection* (CCCLXXX).

Quod jam imitatur Pontus Tyardeus :

> Je mesurois pas à pas et la plaine
> Et l'*infini de vostre cruauté*
> Et l'*obstiné de ma grand'loyauté* (1).

Haud secus Bugnonius, quanquam, nisi fallor, timidius :

> Le petit doigt de vôtre main senestre
> Par sa rondeur, *le parfait de son estre* (VI, p. 13).
> Je fus trompé par l'aspect radieus
> Que ses flambeaus jettoient à l'avanture
> Sur *le plus haut* de ma propre stature (XLIX, 38).

Animadverte vero non rei qualitatem, sed rem ipsam, id est : caput, hic significari.

β) Sæpissime quoque veterem repetunt usum linguæ quo infinitivus pro nomine ponitur. Jam Sæva Tyardeusque viam aperuerant :

> *Le vaciller* du doubte (*Del.* CCCLXII).
> *Le mentir* et *le facheux mesdire*
> D'un mal parlant, te fit soudain desdire (*Err. am.*, 60).

Et apud Bugnonium :

> Ma muse craint ne say *quel murmurer* (XXXVI, 30).
> *Au long souffrir* de ma rongearde cure (XXXVII, p. 47).

(1) *Err. Am.* p. 18. Cf. Epigr. p. 50 et 67, 70, 77. Primum librum Errorum ab editione MDXLIX, secundum tertiumve ab editione MDLV attuli.

II. — *VOCABULA PROPRIE DERIVATA*

A. — **Nomina**

Non id mirum est, si, abundantibus iis nominibus abstractis de quibus egi, pauca nova creaverunt. Quæ in duo genera dividere necesse est.

α) *Nomina a verbis exeuntibus in*-er *præcisa terminatione* r *ducta* :

*affolles** (1) (LVII, 79)

Des cœurs qui sont aus tranchantes *affoles*.

*navre** (XLII, 34).

Fit l'autre jour une *navre* nouvelle.

β) *Abstracta terminatione*-ment *formata* :

*abblandissemens** (Blas. p. 41)

Recueillir ses dous appas
Et ses *abblandissemens* (2).

Cf. Sævam : *contemnement* (Del., XXVIII).

*sorcelement** (IV, 12).

Quel venimeus mortel *sorcelement*
Ma volonté prisonniere sagmente ?

Hoc vocabulum fortasse Bugnonius fecit, licet jam in carmine quodam sæculi XIV^mi^ legi possit (Godefroy).

(1) Hoc signo notavi quæ apud Bugnonium primum, quod sciam, legas. — Litt. = Littré ; God = Godefroy, cui maximas gratias ago habeoque, quod mecum benevolentissime de quibusdam verbis per litteras *s, t, v*, incipientibus animadversiones manuscriptas communicavit.

(2) Verbum *ablander* Godefroy memorat ; *blandissant* sæpius offenditur (Marot IV, 86)

γ) *Abstracta terminatione*-tion *latino more formata* :

expectation. (Ep. p. 28) (V. supra).

Sæva : *declination*. (L)

δ) *Abstracta terminatione*-té *formata* :

*favorité** (XXII, p. 21) :

Sus l'astre pront a ma *favorité*

ε) *Nomina terminatione*-eur *formata* :

Unum vocabulum, a verbo, adjuncto *eur*, declinatum a Bugnonio video :

*Depraveurs** (Ch. p. 51) :

O maus, aigres *depraveurs*
De mortelle creature. (1)

Attamen nescio an Bugnonio alterum quoque vindicandum sit. Legitur *ib*. p. 50 :

O Vous, pensers *engraveurs*
Des maus qu'a Macon j'endure.

Quod nullo modo possis interpretari, si voce *engraveur* idem hoc loco significari ponas, quod apud Ronsardum aut Bellaium, id est sculptorem (= graveur) (2). Suspicor hic legendum esse *engreveur* (= qui gravat), quod, mutata littera, corruptum est (3). Etsi nusquam hoc nomen offenditur, facile intelligitur, nec is est Bugnonius qui a novis abstineat.

Confer cum iis adjectivum *scandaleur** (XXXI, p. 27) :

Ma-dame...   me dit
Qu'elle craignoit le *scandaleur* medit.

Apud veteres *scandaliseur* et *escandaliseur* (V. God. *Lex*). Littré a Calvino attulit *scandaleux*.

(1) Littré affert *depravateur* e Lexico Monet.
(2) *engraver* = *graver* apud ipsum Bugnonium, VIII, 14 legas.
(3) Cf. apud Ronsardum *rengrever* (I, 8).

ζ) *Deminutiva.*

Raro pro nomine integro ponit deminutum, quo a communi consuetudine æqualium discedit. Nescio enim an non duodecim amplius in toto opere inveniantur, pleraque communia : *amiette* (p. 124) ; *barquette* (XCIII, p. 84) ; *belette* (p. 100) ; *chapelette* (p. 100) ; *jeunette* (p.123) ; *longuet* (XIII, p. 16) ; *mignonnet* (XCIII, p. 84) ; *seulet* (LVII, p. 47) ; *archerot* (CXII, p. 100).

B. **Verba**

α) *Verba ab adjectivis derivata.*

*beniner** (XXV, p. 23) :

Benine un peu la fierté de cet astre.

*dolenter** (XCVIII, p. 87) :

mal d'aimer, qui *malade et dolente.*

*impuissanter** (LI, p. 40) :

Une douleur qui mon cœur *impuissante*

malader (V. supra).

Sæpius a veteribus usurpatur, sed idem apud eos significat atque ægrotare. Cf. Baïf ap. Nagel (Herrig's Arch., 1879).

*violenter** (IV, p. 12) :

Quelle Medee et Circe *violente*
Les passions de ce cruel torment?

Intellige : *addit vim.*

β) *Verba a nominibus derivata.*

*épiner** (XII, p. 16) :

Quel chaut espoir plus fort le cœur *épine?*

*pavillonner** (XIII, 16, et XCVI, 86) :

O œil jumeau qu'un double arc *pavillonne!*

*necessiter** (p. 39, sur sa dev.) :

Necessitant, par double passion.

Primum apud Sully, si Lit. credas.

*organiser** (XII, p. 16) :

Organisé de semblables accors.

Quod forte ab hispanica aut italica lingua ductum : jam sæculo XIV^mo^ apparet, quod me Godefroy monuit.

vulguer (se)* (XLV, p. 36) :

Non pour moy, qui me *vulgue* et prophane.

A *vulgue* declinatum, quod sæpius tunc offendas. Vetustiores utebantur adjectivo *vulgal* et adverbio *vulgaument* (Litt.).

*zéphirer** (Gayeté, p. 120) :

Ce mois de May, à l'ombrage
Zephiré doucettement.

γ) *Verba in*-oier *exeuntia* :

Solum *rosoier* offendi (pag. 6) :

Qu'il succe et boit pour *rosoier* d'amont,

cum permulta apud Ronsardum Baïfiumque et ceteros obvia sint.

C. Adjectiva adverbiaque

Etsi a libertate verborum vel minime abstineas, obstat ipsa linguæ natura ne tot nomina creentur, quot necessaria sint, si quot animi motus sunt, tot notiones significare velis. Quorum numerum supplent mirum in modum adjectiva adverbiaque, seu verbum seu nomen definire necessarium est. Neque id mirum si Sæva, et ii omnes qui perturbationes animi subti-

liter dispicere tentaverunt, multitudinem adjectivorum adverbiorumque finxerunt. (1)

Quidquid id est, quomodo noster adverbiis usus et abusus sit, satis demonstrabunt aliquot versus e carmine XIII excerpti :

O ciel marbrin surjeté *dinement*,
O crin jauny, frisé *divinement*,
Pour enlacer ceus-là qu'Amour façonne!
O nez longuet qui toute odeur fleuronne,
O bouche ronde, aelant *beninement*
Doctes propos, ruez *soudainement*
Pour endormir le mignon de Latone (p. 16) (2).

Adverbia modi.

allegrement (LXX, p. 61) jam apud Calvin, sed rarissimum. (V. Lit.)

benevolment (XLVIII, p. 38) :

Regardez-moy, astres au Ciel fichéz,
Benevolment. (3)

*celestement** (XII, p. 16) :

quelle perfection
Celestement orne ma Gelasine ?

(1) Apud Sævam legas *desgoutément (Del.* CCCXXXI) ; *fervément* (*Ib.* CXCIV) ; *perseveramment* (*Ib.* CCCLXVII) ; *tenamment* (*Ib.* CCCCXXVIII), etc. Cf. Pontum Tyardeum, III, 32 :

Mon œil peu caut buvant *alterement*
D'une beauté l'amoureuse douceur,
Glissantement m'attira dans le cœur
Le doux venin d'aggreable tourment.
Dens le cœur fut sublimé *hautement*
Un esprit, fol d'aveuglee fureur,
Qui transportee en devoyee erreur
Contre ma paix m'esmeut *mutinement*.

(2) Cf. XII, p 16 et V, p. 12.

(3) Littré nullum affert exemplum.

Celestiement Oresme finxerat. (Apud God.). Cf. Pont. Tyard., II, 24.

delicatement (V, p. 12) :

empourprez si *delicatement.*

Jam apud Lemaire de Belges.

feinctivement (LX, p. 48) :

Ne parle plus *feinctivement,* ma Sainte, (1)

humainement (XXXV, p. 20) :

Il ne me fut possible resister
Humainement contre sa grand'puissance.

Jam Sæva : CV, p. 51. Pont. Ty. 64. Pell. du Mans, *Am. des Am.*, 7. Cf. *Mistère du vieil Testament.*

Mondenement (XXXII, 27) :

Le vain parler auquel il se debride
Mondenement. (2)

*exquisement** (XVI, p. 18) :

Soit à piquer ouvrage *exquisement.*

Non ante Amyot, si Littré credas.

folatrement (CX, p. 98) :

Voudroy-je bien *folatrement* induire...

Sæculi hujus unum exemplum Littré attulit a Ronsardo (*Yver*, 1588).

mistement (V, p. 12) :

Ils sont posez devant deus rengs de perles
Si *mistement*, que lorsque tu nous parles...

Miste frequens fuerat apud veteres (V. Godefr. ; Cf. Marot, éd. Jannet, II, 82 et 140).

(1) Godefroy nusquam in hoc vocabulum incidit, nisi in Terentio translato; *faintis, faintissement* veteres dixere.

(2) Godefroy verbum affert, sed ex iis locis in quibus idem non valuisse apertum sit. V. in Littré Gersonis exemplum.

*prodigalement** (Ib.) :

trop *prodigalement*
Qui leurs rayons dessus eus abandonnent

a *prodigal*, frequente apud veteres (V. God.).

*pertinemment** (XXXVI, p. 30) :

Et je louray mes bien-heureus destins
Pertinemment.

A *pertinent*, maxime in foro usitato; adverbium Littré primum apud Montaigne, sed Godefroy idem antea in parlamenti regestis invenit.

*tacitement** (XLVI, 36) :

Tacitement donnez m'en connoissance.

Littré primum exemplum ex translationibus Jacobi Amyot attulit. Sed ap. Pont. Tyard., II, 27 vocabulum legas.

*tenacement** (XLII, p. 34) :

Tenacement souvent son guet me jette

Hoc Littré a Cotgrave attulit.

Adjectiva.

α) *Adjectiva*-in *syllaba terminata* :

Frequentia adeo in versibus Bugnonii occurrunt ut ne Ronsardum quidem ea forma æque usum esse credam, si operum utriusque amplitudinem respicere velis.

a. — Adjectiva a nomine appellativo derivata :

caballin (LXIX, p. 58) :

Qu'elle reçoit en son eau *Caballine.*

Multi *chevalin*, quod et hodie viget, quanquam idem non valere apertum est, jam prætulere (V. Littré, v°). Ipse Ronsardus *chevalin* recepit (I, 31).

Ne tamen credas nostrum ut latinæ linguæ propius accederet hoc verbum creavisse, nam Clementis Marot locum afferam ubi eadem forma legenda est (I, 184).

hebenin (X, p. 15. Cf. p. 5) :

Ces yeux voutés d'un sourcil *hebenin.*

Jam Sæva : *hebenin* (CCLXX).

ivoirin (X, p. 15) :

Cette couleur *yvoirine.*

marbrin (XIII, 16, XLVI, 36) :

O ciel *marbrin* surjeté dinement.

Sæpius apud veteres. (V. Marot III, 9. Pont. Tyard., *Err. am.* II, 12.)

orin (III, p. 11) :

Le teint vermeil, la chevelure *orine*

Haud rarum apud veteres. V. God. Cf. Ronsard. I, 22.

poupin (XCVI, p. 86) :

Le gelasin de ta bouche *poupine*

Cf. Pont. Tyard., *Err. am.*, III, 20 :

Cyprine, ainsi *popine.*

*sandalin** (XVIII, p. 19) :

Ta bouche ronde, étroite et *sandaline.*

b) Adjectiva a nomine proprio derivata.

*Cupidin** (LIX, p. 48) :

Je ne creins plus la *Cupidine* flame.

Nescio an non apud alterum scriptorem hoc vocabulum reperias. Nam veteres utebantur adjectivo *Cupidicque*, quod in Clemente Marot legas (I, 10 et 183).

*Europin** (XXXIIII, p. 29) :

Phebé, Phebus et l'*Europin* toreau.

*Pandorin** (LXXXII, p. 73) :

Ne permettant, *Pandorine* friande,
Que morte soit ma chaste oblation.

Quibus addendum esse puto adjectivum *hellin**, quod, etsi a græco ἕλλην ductum esse videtur, non parce detortum, formam latinam induit :

Pindar *hellin* par ses odes Thebaines (XCIII, 84).

Scio quidem nonnulla horum adjectivorum exempla vetustiorem linguam præbere, et Clementem Marot, Sævamque, quod jam notavimus, ex hoc fonte hausisse.

Attamen, cum illa respicio quæ noster a nominibus propriis informavit, mihi videtur hac in re quadamtenus Ronsardi imitatio deprehendi posse.

β) *Adjectiva*-ien *syllaba terminata.*

*Apollonien** (Pan., p. 115) :

L'*Apollonienne* buccine.

*Gnidien** (LV, p. 45). cf. XX, p. 20 :

Pour qui je sen la *Gnidienne* flame.

Gordien (p. 50) :

Mon cœur saisir
D'une *Gordienne* tresse.

Cf. *Idalien* (VIII, p. 14) : *Paphien* (XLVII, p. 37).

γ) *Adjectiva*-ian *syllaba terminata.*

Duo quæ medium quemdam tenere videntur locum inter Ronsardica adjectiva in-*ean* exeuntia et illa de quibus supra egi in carmine Panegyrico leguntur : *Tessalian**, *Palladian* (Pan , pag. 114).

Icelle troupe
Saute et galoppe
Par le haut mont *Tessalian*,
Ou quelques dieus,
  Melodieus,
Louange, au gré *Palladian*...

Cf. Marot : *Palladiane* (II, 139).

V. Nagel, *Die Bildung und die Einführung neuer Wœrter bei Baïf*, in Herrigs Archiv, 1879, p, 249. Dor, *Ronsardus quam habuerit vim ad linguam francogallicam excolendam*, Bonn, 1863, p. 14.

δ) *Adjectiva*-ée *syllaba terminata*.

*Aphrodisée** (LXXXV, p. 76) :

Pourquoi ne peut la tant superbe *Aphrodisée ?*

*lyncée** (Adieu, 66) :

Adieu, trop *lyncée* vuë.

*Palladée** (Proter., p. 5)

Mais tellement vous étes *palladée*.

Cf. *palladial* (Marot, II, 137) *Palladiane* (II, 139).

Errore temporum Darmesteter (*Création de mots nouveaux*, pag. 185) asseverat primum sæculo septimo decimo hujus generis vocabula inducta esse, nisi forte de nominibus appellativis cogitavit.

Quidquid id est, exemplaria Bugnonius apud Sævam invenerat: *Apollinee* (CII, p. 50).

ε) *Adjectiva in*-ie *exeuntia*.

Dubito an non hæc adjectiva hic jure locum habeant, ut quæ a nostro non tam formata quam e græca lingua in gallicam, vix mutata, inducta sint.

*Olympie** (= ὀλύμπιος). *Ouranie** (= οὐρανία).
Ratifiez le tant souhaitté bien
M'étant par vous, *Olympie*, promis. (*Ep*. p., 28)
Ouranie deesse
Vous seule avez pouvoir de me guerir (XLVII, 37).

Attamen si de priore ambigi potest, quod aliquis forsan pro nomine proprio habere velit, minime dubium est quin alterum vicem adjectivi obtineat positione feminino.

III. — *VOCABULA EX PRÆVERBIIS COMPOSITA*

*inclement** (L, 39) :

> Ayez à mon malheur,
> Dieus *inclemens*, quelque propice égard.

Quod, hodie usitatissimum, non ante sæculum XVIII^mum^ Littré invenit.

indeleble (Proter., p. 9) :

> Et sus le front d'*indeleble* memoire.

Calvinus *indelebile* finxerat (Lit.). Cf. Pont. Tyard. :

> En portrait *indeleble* repose (III, 4).

Apud eumdem *indeleblement*. (III, xxiv, p. 123) legas.

inextinguible (XXI, p. 21) :

> D'une cruelle *inextinguible* flame.

quo Rabelæsius primus usus esse videtur (1).

*informe** (LXXII, p. 62) :

> Le cors fragil, caduc et terrien,
> *Informe* n'est, reduit en cendres, rien.

Quod, si Littré credas, primum ap. Portæum obvium.

A. *Adjectiva ex particula* in-*composita.*

*insujet** (CIX, p. 95) :

> Hors de martyre, *insubjette* à vil blame.

Neque id mirum si, Græcis inserviens, consuetudinem græcam suam facit.

Jam Sæva : *inconvincible* (CCLXXX).

(1) Cf. apud Pelleterium, *Am. des Am* , LXXI, *indicible*, *invincible*. Pontus Tyardeus libentius particula negativa *non* usus esse videtur :

> En cent et cent *non reparables* bresches (II, 32).
> La *non* par lui *evitable* ruine (Ib., XXXV).
> En *non mobile* assurance (*V. lyr.*, 139).

B. *Nomina.*

*contrebaiser** (Gayeté, p. 124) :

Prend pour un gelasin
Un *contrebaiser* sans fin.

C. *Verba.*

α) Particula *en-*. (1)

*encoléré** (CIIII, p. 92) :

Ciel qui les bledz sauvagement moissonne
Encoleré.

endoré (Proter., p. 5) :

Et que qui void vôtre Ciel *endoré.*

Sæpius apud veteres (V. God.), a quibus Ronsardus verbum servandum repetit (I, 68). (V. Nagel, 229 et Dor, 19).

*enmoresqué** (Gayeté, p. 126) :

La Terre est en son plein verd
Verd *emmoresqué* de fleurs.

emperler (LVIII, p. 47) :

Nôtre Macon laquelle *emperle* et dore.

Jam apud Bellaïum,(Lit.) et Pont. Tyard. (II, p. 91 chanson).
empourprer (V, p. 12) :

Les deux couraus qui ta bouche environnent
Sont *empourprez* si delicatement.

Apud Ronsardum primum hujus vocabuli exemplum, si Littré credas, legitur. Ex contrario *depourprer* ponitur (Rons. I, 106). Apud Pont. Tyard. : *empourprons* nos mains (III, 30).

(1) Cf. *enamouré*, LVIII, 47 (vetus et a Rons. repetitum) et *englacer*, El. 81, de quo idem dici potest.

β) *entre-*.

(s') *entr'ondoyer** (XCVI, p. 86) :

Ses cheveux d'or crépelus et épars
s'entr'ondoient
si privément.

γ) *sur-*.

*suraugmenter** (XCV, p. 85) :

Ou mon ardeur *suraugmente* sa flame.

IV. — *VOCABULA QUÆ EX DUOBUS VOCABULIS COALUERUNT*

A. *Duo adjectiva copulantur, quæ sensu conveniunt aut repugnant :*

α) *Conveniunt.*

chaste-fier (Ch., p. 49) :

Ma *chaste-fiere* moitié

cler-argentin (Adieu, p. 66) :

Adieu, vois *cler'argentine.*

dous-humain (Proter., p. 7) :

Vôtre parler, vos regars *dous-humains.*

dous-luysant (XXV, p. 23) :

Fay qu'il me soit plus qu'il n'est, *dous-luysant.*

egre-cuisant (XLVIII, p. 38) :

Ces astres sont les trais *égres-cuisans.*

humble-dous (LXXXII, p. 73) :

D'un *humble-dous...* outrage.

heurée-chaste (Pan., p. 112) :

au sein
De l'*heurée-chaste* moitié.

langagier-satiriq (XXXI, p. 27) :

le scandaleux médit
Du *langagier satiriq'* Demagore.

rebelle-impitoiable (LV, p. 45) :

De ma *rebelle-impitoiable* dame.

terrible-epouventable (Proter., 7) :

Puis elle est trop *terrible-epouventable.*

trist' hideux (Ode, p. 61) :

Ainsi qu'elle est *trist' hideuse.*

vague-velu (Pan., p. 113) :

J'y oy les vois
De maint *vague-velu* satyre.

venimeus mortel (IV, p. 12) :

Quel *venimeus mortel* sorcelement
Ma volonté prisonniere sagmente?

blanc-uny (XXI, 21) :

Avec un poil *blanc-uny* comme albastre.

Hoc verbum proximum est iis quæ Pleïadis scriptores satis multa formaverunt : *noir-obscur*, *vert-gay*, (Baïf, II, 341; III, 71). Cf. *blond-hardy* et cetera quibus nunc colores distinguere solemus.

Sed jam apud Tyardeum, pag. 64, legas :

Je vis rougir son *blanc poly* ivoire.

Cui exemplo addam :

Et qui par *dous estroit* embrassement (*Err. am.* I, XVII);
le *triste amer* esmoy (*Ib.*, ch. II, p. 92);
la *grande humide* obscurité (*Ib.*, 94);
si *prompte amoureuse* aelle (*Ib.*, XXXII).

Cum his libenter *apres-egens* (1) conferam, quod quid significet, vix intelligas, nisi *egens* ab *egeno* ductum esse ponas. De cupidine enim Bugnonius loquitur, qua eo magis exercetur quod non solum ardens est, sed omni spe vel fructu destituta, id est *egena*.

β) *Repugnant :*

dous-amer (II, p. 11) :

> Qui voudra voir qu'Amour est *dous-amer*.

dous-facheus (LXXXII, p. 73) :

> d'un *dous-facheus* outrage.

dous-ègre (C, p. 88) :

> Traite le cœur de ma *douc'ègre* Dame.

divin-humain (CXI, p. 99) :

> De cil, qui croid tout *divin-humain* bien
> Venir de luy.

Cf. Adverbium : *dedens-dehors.* (LXXXIX, p. 80) :

> Ne retirez jamais les étrangers
> Qu'ils ne vous soient *dedens-dehors* conus.

Recte Dor Ronsardum his vocibus præter ceteros usum esse contendit. Non quod Sævæ ignotæ fuerint apud quem legas (LXXXVII, p. 43) :

> Ce *doux grief* mal tant longuement souffert.

Sed potius adjectiva duo cum nomine ita conjungit ut in unum non coalescant, hoc vero cum positivo componatur,

(1) Les volontez qui dedens luy bouillonnent,
Et ses desirs *apres-égens* talonnent (*El.*, p. 81).

illud locutioni toti adjiciatur ac proprie adjectivum sit. Quod sæpius imitatus est Bugnonius :

De *rare-vraye* amitié (Pan., p. 112)

En attendant l'incertaine *extreme heure* (LXXII, p. 62)

Sa main *dextre marbrine* (XLVI, 36)

La *toute sainte immortelle* ame (p. 69) (1).

At Sæva sæpissime ac potissimum adverbium cum adjectivo conjungit (2), eodem modo quo scripsit Bugnonius :

De mes langueurs *fierement excessives* (XXXVII, p. 30) ;
Adieu femenin pretexte
Deceptif couvertement (p. 66).

Audacior quidem Tyardeus, nam postquam primum dixerat : ma *doulce* et *fascheuse* contraire, mox, dempta conjunctione, verbum verbo mire opponit :

O trop *craintive ardente* passion (*Err. am*,, p. 77).
Quel *accor-discordant* bruit (*V. lyr.* Od., II, 135).

Sed, cum hæ formæ dicendi raro in primis ejus carminibus occurrant et conjici possit eum hac in re Pleiadis exempla secutum esse, nescio an malim credere Bugnonium Ronsardi Bellaiique hic meminisse (3).

B. *Adjectiva ex verbo et nomine composita.*

Duo tantum in toto opere mihi obvia : *aime-ris*, *chasse-cure*.

Pleure toujours : le tien, *Aime-ris*, nymphe (LIIII, p. 44)
Mois de May, moy *chasse-cure* (Gayeté, p. 123)

(1) Cf. Sævam, (*Del.* CCCXCI) et Pont. Tyard. (*Err. am.*, III, 18) : *aigre poison mortelle*.

(2) Cf. Pont. Tyard. : *heureusement damnee* (I, p. 8) *cruelle innocemment* (p. 54) ; *mortellement divine* (II, 89) ; *chastement folatre* (Ch. a son lut, II, 99).

(3) Adde Bugnonium semel duo nomina conjunxisse :

Veu que je suis votr' *amy-serviteur* (El., p. 82).

Dor (29) et Nagel (238) jam monstravere quam peculiari amore Ronsardus hæc nomina coluerit. Quod cum supervacaneum sit hic decantare, nihil aliud quam te monere volo id satis, quam diversa via ac ratione Lugdunenses et Ronsardi globus locupletandæ linguæ operam navaverint, significare.

V. — *VOCABULA E LINGUA TUSCA INDUCTA*

braver (LXVI, 58) :

bravant de son outil.

Cf. H. Stephani *Dialogues du françois italianisé*, I, 51 : « Et moy je vous di que parler ainsi, ce n'est point *braver*, mais *baver*.

bravade (Pan., 109) :

De Platon la *bravade* elegance.

bravader (Ode, p. 69) :

Tu fais *bravader* çà bas
Les Maconnoises aus bals.

brave (L, p. 39); cf. Gayeté de May, p. 130 :

O *brave* esprit, ô cors gent et dispos.

Cf. Pell. *Am. des Am.* X, p. 37 : cete alure brave.

*lampide** (XLIX, p. 39) :

Si lustre étoit, si *lampide* sa veuë.

Originem hujus verbi ab italico *lampo* ducere satis placet.

*lustre** (*Ib.*) :

Si *lustre* étoit...

Apud veteriores *lustreux* haud raro obvium ; *lustre* ab italico *lustro* ductum videtur.

legiadre (LXV, p. 55) *legiadrie* (III, p. 11):

Pour ma *legiadre*-invincible cruelle
D'une Venus la *legiadrie* insine.

In hæc H. Stephanus in Dialogis (I, 49; II, 245) invehitur. Ille te monebit nomen aulicos paulum immutasse, et *leggiadresse* dixisse, quod magis gallicum sonaret.

His adjectivis adde verbum *lampeger* (III, 11).

l'equité d'une celeste Astrée
Lampege en vous, honorande Cypris.

Cf. *lampegeans* yeus. p. 4.

Quod ipsis aulicis, si Stephano credas, ignotum, *a lampeggiare* originem ducere videtur. Jam Tyardeus vocabulum protulerat: *lampegeante* lumiere (*Err. am.*, II, 30).

volter (Proter., p. 3):

Lors il cessa de *volter* brusquement.

Quod a Ronsardo Littré primum attulit, jam in Ponti Tyardei *Erroribus*, I, p. 72, legitur.

Tandem, quod nobis non minimam mirationem attulit, et theotisca lingua Bugnonius interdum utitur, testis :

Phlebotomer te faut cet *augst* qui t'use (CVII, p. 94).

Quod vocabulum quam vim habuerit nescio, nisi idem valere quod germanicum : *angst* putes. De germanica lingua nusquam tum fere agitur, nisi hoc loco quo Quintilius Censor non ignotam esse eam contendit : « Mon amy, sache qu'il y en a deux mille en France : qui ont leu les Grecs, Latins, Italiens, Hespaignols, Hebreux et *Allemands* aussi bien que toy (éd. P. p. 211) » An non inter illa duo millia fuerit noster, valde dubito.

VI. — *VOCABULA E GRÆCA LINGUA INDUCTA*

agate (XI, p. 15) :

Si jamais fut *loyal' agate* aimee.

Græce : ἀγαθός.

Qua libertate usus sit in verbis græcis inducendis hoc exemplum satis monet, in quo vocabulum græcum ita cum gallico conjunctum est ut in unum coaluisse videantur.

anterot (LIII, p. 44) :

Qui veut jouïr du Cyprien plaisir
Doit marier un *anterot* desir
Avecq' la foy de sa toute semblable.

Græce ἀντέρως. Apud Ronsardum de Apolline dicitur.

*anthrope** (XCIII, p. 84) :

Conquit l'honneur que tant *l'anthrope* appete.

Græce ἄνθρωπος.

apatie (Ch., p. 50) :

Mais elle est en *apatie*,
Et ne souffre passion.

Græce ἀπάθεια : quod primum a Charron inductum esse putabat Littré. Sed id apud Fr. Rabelæsium Bugnonius jam legere potuerat.

*athanatée** (LXXV, p. 67) :

Croiez qu'il est en mon *athanatée*.

Græce ἀθάνατος e quo proprie *athanate* ducendum videbatur. Sed confer quod supra diximus de adjectivis in *ée* exeuntibus.

cestre (C, p, 88) :

Qui de douleur le *cestre* lui rapporte

Græce ; κέστρος (= telum).

*erotasmes** quod ipsi libro inscripsit.

*gelasin** (XCVI, p. 86) :

Le *gelasin* de ta bouche poupine.

Græce γελασῖνος.

Cf. *gelasine**, græce γελασίνη, quo nomine amatam dicit. Unde nomen ipse duxerit, versibus docet (pag. 4-5). Apud Charron idem significat quod latinum *gelasinus*, i. e. lacunam, fossulam quæ in ridentium genis fieri solet.

genethliaque (p. 89).

Græce γενεθλιακόν, quod nomen multis carminibus tunc imposuerunt. Utrum ex græca an latina lingua suum hoc verbum fecerint, quod in Statii Sylvis II, 7, legitur, in dubio est.

musagete (XVII, p. 18).

Tous courtisans, orateurs, *musagetes*.

Græce μουσαγέτης, quod apud Latinos ab Ovidio, Plinio e aliis usurpatum videmus.

Panomphee (XCIII, p. 84) :

Apollon, excellent *Panomphee*,
Par harmonie aux morts veut rendre l'ame.

Græce πανομφαῖος, dicitur de Apolline, omnium oraculorum fonte. Rabelæsius (V, 45) de vocabulo *trincq* jocose : « *trincq* est ung mot *panomphee* célèbre et entendu de toutes nations. »

*Philomide** (LIV, p. 44) :

J'aimeroy' mieus *Philomide* gelée,

Græce φιλομειδής, dictum de amica quæ arridere solet, idem igitur fere valet quod barbarum *Gelasine* et francogallicum *Riante*.

*proterote** (p. 3) :

Nullo modo a græco πρωτηρότης duci posse videtur, quod de

eo dicitur qui primus aravit ; sed barbare compositum est ex πρῶτος et ἔρως. Quam eleganter locutionis nostræ *premier amour* locum teneat, videris (1).

*Thée** (Ep. p. 20):

Pour l'enrichir y procrea ma *Thée*.

VII. — *VOCABULA E LATINA LINGUA INDUCTA*

Apud omnes hujus ætatis poetas latina vocabula latinasque formas dicendi haud raras, permultas vero apud Sævam offendas.

Sæpius ne latinam positionem quidem tollit, neque, ut verbis Stephani utar, caudam abducit. Testis *dictamnum* CCCCXXII.

Hanc consuetudinem non repudiasse Bugnonium satis illa reverentia monet, qua antiquos coluit, imo iis inserviit

Si quando inter duas ejusdem vocabuli formas eligere licet, eam semper, quæ propius accedit latinæ stirpi, occupat. *Buccinateur* potior ei videtur quam *buisineur* (2) (LVII, p. 40), *gubernateur* quam *gouverneur* (Oraison, p. 64), *informer* quam *enformer* (Sur sa dev., p. 39) (3). Item vocabulis a latina stirpe ductis haud raro eamdem notionem subjicit quam latine significare solebant, invito sæpe linguæ nostrae communi usu.

Sed jam ad verba veniam quæ aut princeps a latina lingua induxit aut fere inusitata affectavit :

abhorrer (XXXVI, p. 30) :

Du vulgue ignare *abhorrant* la reprise.

(1) Non dubito quin *enfonie** (*enfonier sa lyre* p. 111) eodem modo ab ἔμφωνος ductum sit.

(2) Jam Bellaius (ap. Litt.) hoc verbo usus erat, quod reprehendit Quintilius Censor (p. 209).

(3) Sic Sæva *libere* pro *libre* (CCLXXXIII), *intentif* pro *attentif* (CCXCVIII), aliaque scribit.

Quod apud Rabelæsium, deinde apud Jacobum Amyot, Littré invenit. Sed jam a Roberto Stephano recensebatur.

abluer (Pan., p. 115) :

d'abluer nos vices par don.

Latine *abluere*, in sacris rebus usitatissimum, cujus nullum exemplum Littré attulit.

acerbe (Ch., p. 95) :

L'*acerbe* passion.

Apud Littré nullum exemplum. Sed legitur in Gautier de Coincy.

*alomne**, (p. 118) :

Revien, mon Hymne,
Ma chere *alomne*

Quod fortasse *alumne* legendum est, cum eumdem sonum reddere debeat quem *hymne*, et ab *alumna* ductum est, quanquam nihil certi hic significare videtur.

amene (p. 5) :

Allegre, *amene*, eveillée, plaisante.

Jam Marot : Par un sentier odorant et *amene* (II, 270), cujus loci immemor Godefroy vocabulum omisit.

*ancile** (LVII, p. 47) :

Je ne puis moins satisfaire au devoir
De l'amitié, qui tes vertus *ancile*...

Unde hoc verbum, omnibus ignotum, quæsiverit, nescio, nisi a latino *ancillari* duxit. Versum igitur ita intelligendum esse suspicor : officio fungi amicitiæ nostræ quæ tuis virtutibus inservit, i.e., addicta est.

brumal (LIV, p. 44) :

Le sien...
Géle mes pleurs de sa *brumale* glace.

Apud Littré sine exemplo.

caterve (Pan., p. 112.) :

Assopit la gente *caterve.*

Godefroy affert *caterval, catervamment.* Ap. Coquillart *caterve* legitur.

clandestin (XXXVI, p. 30) :

sans atours *clandestins.*

Ap. Bersuire, deinde ap. Amyot. (Litt.)

crinit (Blas., p. 43) :

Main que le *crinit* Inope
Envie.

Jam apud Gelasium (Cf. Godefroy). Ronsardus *crineux* prætulit (I, 110).

colloder (Pan., p. 116) :

Que l'on *collode*
La Dame au tetragramme nom.

Haud raro in Marot versibus obvium.(I, 212, 247) Cf. Baïf, *J.*, 126. Guil. de la Tayss. *Am. occ.*, 27. Attamen severe de eo Ronsardus, si Albineo credas. (*Av. des Tragiques*) : « des maraux qui... aiment mieux dire *collauder*... que *louer* ; tout cela est pour l'escholier limosin. »

fauste (Proter., p. 4) :

Mes pronts labeurs, a la bien servir *faustes.*

Cf. Baïfium. *V. m.* 7.

*fane** (XLV, p. 36) :

Qui des vertus et graces sont le *Fane.*

*gravité** (III, p. 11) :

D'une Junon la *gravité* modeste.

In id paulo ante finem sæculi hujus Littré primum incidit.

*honorande** (*Ib.*,) :

Lampege en vous, *honorande* Cypris,

Velut *amande* (p. 111), ad imitationem nominum quæ in sacris rebus et in scola usurpabantur *confirmands, ordinands doctorands* e latino ductum est. Attamen ne te fugiat ea omnia positiva esse, hoc contra ut adjectivum feminina positione desinere, unde forsan suspiceris Bugnonium formam participii, quam vulgaris lingua olim a latina accepisset, jam diu obsoletam restituisse, quod, mea quidem sententia, speciosius quam verius est.

*hospitage** (LXXXIX, p. 80) :

O quel recueil, quel royal *hospitage!*

Hanc barbaram vocem afferre placuit, seu Bugnonius e media latinitate *hospitaticum* inducere voluit, seu a verbo *hospitare* (latine *hospitari*) nomen novum ipse declinavit, quod propius vero accedere videtur.

*immerité** (IV, p. 12) :

O que de maus, *immerité,* j'endure!

Idem significat quod *immeritus,* nisi mendose pluralis numeri *s* littera omissa est, quod vix credam, nam verbum bis subdistinctione a ceteris separatum est.

indolence (p. 82) :

Vous la pouvez changer...
En *indolence* et delectation.

Hoc vocabulum, quo Cicero græcam ἀπάθειαν vertit, nescio an nusquam eodem sensu nisi a Montaigne (V. Littré) dictum sit.

limphe (LIV, p. 44) :

Mon cœur, mouillé d'une amoureuse *limphe*

Godefroy Gelasii affert exemplum. De recentioribus vide Littré.

olorin (Proter., p. 3) :

Plume *olorine* et de l'aigle tirée.

A latino *olorinus*, idem hic valet quod *cycneo colore candidus* nisi, quod non negare audeam, a translatione in alteram transiisse Bugnonium suspiceris. (V. quod de adjectivis hujus generis supra diximus).

*s'ostenter** (Blas., p. 43) :

Quand elle veut *s'ostenter*
En marchant par quelque ruë.

Nisi hic Bugnonium carpere putes eamdem quam constanter ad sidera tollit, quod vetat totum carmen, *ostenter* idem valet quod apud Latinos *ostentare* (i. e. fere idem quod *ostendere*).

*Oceane** (LIV, p. 44) :

.....brulée
Te voir du feu de l'*Oceane race*.

Raro apud ipsos Latinos adjectivi *oceanus* vicem obtinet. Suadebant vero adjectiva exeuntia in-*ean* ut eodem modo tractaretur.

perenner (p. 9) :

me fera *perenner* vôtre gloire.

Haud raro *perennisèr* obvium. (V. God.)

pharetre(XV, p. 17) :

Boys duquel est la *pharetre* ravie.

Haud raro obvium in scriptoribus ejus ætatis. V. Marot, IV, 174, Sævam, CCCXXI, etc.

provide (XXXIII, p. 28) :

Il sait par soy l'amoureux mesurer
Egalement, à la *provide* amante.

Jam Lemaire de Belges. (V. God.)

*propage** (Pan., p. 112) :

Ou Pontus sa *propage* enchene.

Utebantur veteres verbo *propaginer*. (V. God.)

pudique (LXI, p. 53) :

Pensant au bien de sa *pudique* fleur.

Jam Sæva CCCXIII, et Tyardeus I, 74 : *pudiquement*. Ceterum Bugnonius et *pudente* usurpat, XXVIII, 25 :

D'une prudente et *pudente* Lucrece.

V. God. *Pudeur* vero primum a Portæo dictum tradiderunt (Cf. Thesim francogall., 297).

rarité (LXIII, 51) :

Soit que je réve aux *raritez* hautaines.

Quod primum ab Ambrosio Paré et Portæo Littré affert, haud raro antea obvium. V. Guil. de la Tayssonière, op. cit., 17. Pont. Tyard., I, p. 79.

*sacrosancte** (LXIII, p. 54) :

De piété *sacrosancte* fauteur.

Littré primum exemplum ex Montaigne attulit. Sæva conjunctione utebatur : *Lieu sacre et sainct* (XXI).

*sceleste** (XXXVI, p. 20) :

Avorteront l'envie du *sceleste*.

A nemine antea, quod sciam, usurpatum.

silent (CVIII, p. 94) :

Emmy la nuit tenebreuse et *silente*.

Jam Rabelæsius, Plinium imitatus, *lunam silentem* vertebat : *lune silente* (V, 160). Cf. Sævam, *Del.* LXXV, p. 38.

*social** (Gayeté, p. 127) :

Je voy une infinité
De melodieus oiseaus,
En *sociale* unité.

Hoc vocabulum nusquam nisi apud Charronem Littré invenit. Neque id mirum si jurisperitus, in his rebus quas nos *sociales* dicimus versatissimus, nunc usitatissimam fecundissimamque

vocem finxit. Quidquid id est, eam potius in *Legibus abrogatis*, credo, quam in *Amoribus*, si non locum designassem quæreres.

*sparser**, (El., p. 82) :

Ou mes amours *sparserent* leur racine.

Etsi Latini *spargere* non *sparsere* dixerunt, visum est hic id verbum esse suo loco, quod a *sparsum* Bugnonius derivavit. Palsgrave ceterique scriptores, quod Godefroy animadvertit, *esparser* protulerunt.

spirer, (LXXII, p. 62) :

Elle *spirant* toujours celeste flame.

Cf. Sævam, *Del.*, CCCLXXII, p. 170.

*statuer** (Pan., p. 116) :

Qu'on luy *statue*
Une statue.

Primum apud Pithoæum, si Littré credas. Sed Godefroy verbum apud Le Plessis (1555) legit.

stellant (VIII, p. 14) :

Beauté *stellante* en son cors gorgias.

*subjicer** (I, p. 10) :

Là pretend *subjicer* ma Thalie.

submergée (XLIII, p. 35) :

O le malheur, malheur ou destinée
Submergée à la santé de mon cors.

Hoc verbum, cui quid subjecerit Bugnonius haud apertum est, jam in *Deliberations du conseil de Bourges*, anno 1544, obvium esse Godefroy me monuit.

*tedieux** (CII, p. 91) :

l'ardeur de ma jeunesse tendre
Contreint en moy Amour ce *tedieux*.

Seu *tædiosus*, quod Latinis non omnino ignotum fuit, transtulit, seu a *tædio* adjectivum tot aliorum exemplo declinavit Bugnonius, proprium, nisi fallor, hoc vocabulum habet.

*temulent** (Ode, p. 60) :

Si la Targue de Meduse
En guerre si *temulente.*

*tremüer** (Pan., p. 114) :

Franc Tartaret...
De sa Tortue
En sons eguë
Fait *tremüer* les Saules verds.

Versus obscurissimi sunt. Utrum enim *tremüer* legere debeas an suspicari *remuer* ambiguum. Quod si *tremüer* serves, (et tibi assentiar), num verbum *transmutare* induxisse Bugnonium credendum est? At parum sententiæ conveniat. Potius *tremuer* a *tremie,* quod sæpius *tremue* dicitur, verbum ductum putem, cui more suo abusive idem subjicit quod latine proximum verbum *tremere, tremui* significare solebat.

*vate** (Pan., p. 111) :

Du grand Pontu,
Vate pointu.

ver (Ib., p. 118) :

Tant en yver
Automne, *ver.*

Cf. Marot (I, 184); Sæv. (CXLVIII).

*vint** (XCII, p. 84) :

Les deux amans que l'amoureuse loy
Vint ensemble avecque bonne foy.

lat. : *vincit.*

*vitré** (XVIII, 19) :

Ton teint *vitré*

lat. : *vitreus.*

*zelante** (Ode, p. 60) :

Quelque affection *zelante*
Qu'il eût eu de te blesser.

Latini *zelare* e græco ζηλόω duxerant. Hinc Bugnonius participium finxit, quod ei proprium fuisse videtur.

Quod si longam seriem verborum considerare velis, non dubito quin primum mireris hominem ingenii aridi ea libertate in linguam suam usum esse, quæ solum poetam fecundum pariterque abundantia rerum inopiaque vocabulorum laborantem deceret. Sed eam omnes tum regulam scribendi habuerunt qua antiquus quidam « scriptoribus inservire linguam, non linguæ scriptores » professus est.

Si vero creatorum verborum naturam respicias, apertum est Bugnonium inter Ronsardum et illos,quos Rabelæsius multique irriserunt,latinæ græcæque linguæ helluones, et, ut ita dicam, laceratores, secutum esse mediam quamdam viam quam Sæva ingressus esset, quem plerumque, fidus comes, imitatus est, felix si passibus eum æquare posset. Cujus rei fidem facient ea exempla quæ pariter a Bugnonio et Sæva toties excerpsimus.

Interdum tamen paulum ad Ronsardum deflexit, præsertim in serendis græcis latinisque vocabulis, quæ, pessime Bellaii præcepta interpretatus et in illos Delphicos thesauros irruens, congessit, monstrans quanto periculo incautos ad se Ronsardus in hæc prælia vocaret.

(1) Nonnulla confiteor vocabula mihi non posse intelligi visa esse. Quæ vis, ut hæc sola proponam, huic voci *ingementer* subjecta est in hoc versu :

Il *ingemente* a part soy que riez (Proter. p. 5)?

Ex tota sententia conjici potest *opinatur*, sed quæ sit hæc vox, qua lingua sit orta nescio.

flatonner credo idem significare quod *flatter*, id est *blandiri* :

C'est pourquoy
Autant comme il me *flatonne* et m'aime (XXI, p. 21).

Res tamen in ambiguo.

Alia mendose scripta esse et emendanda existimo : Hic, v. g.

Main de me *lipper* ja lasse

Nonne legendum *ligger* quod ab italico *ligiare* ductum *polire* aut *lœvare* significet ?

Derader si notionem quæ verbo subjici solet, accipias, hic parum convenit.

Le verd laurier
Pallit son teint
Tant qu'il *derade* à la mort ternissant (LII, p. 40).

Legam libenter *derache*, i. e. *evellitur*.

Sed si quis emendando Bugnonio studeat, brevi quo se vertat, non habeat.

CAPUT V.

QUOMODO AB EO SYNTAXIS EVERSA SIT

Hæc de vocabulis. Jam mihi videor satis explicasse, non qui fuerit eo tempore linguæ nostræ thesaurus (neque enim id mihi propositum erat), sed quid in Bugnonio notandum sit, quid sibi proprium in verborum delectu ac peculiare habeat. At non ex singulis verbis constat oratio, seu soluta, seu numeris vincta, sed ex plurium complexu ac compositione. Ad quam etiam necesse est se vertat, si velit cuncta recensere, grammaticus. Non autem mihi magis in animo est, quod ad syntaxin attinet, ea colligere, quæ, communi usui consentanea, jamdudum ex aliorum ac præstantiorum scriptis manifesta sunt. Quid enim de participiorum cum nominibus convenientia, quid de infinitivo aut conjunctivo, quid de præpositionibus possim afferre, quod non plane notum sit? Jam constat quæ tum fuerit lex, aut, ut melius dicam, usus dicendi. Ego vero ea tantum animadvertam quæ in nostro a consuetudine abhorrent, pauca quidem, sed quæ satis monstrent quanta libertate sibi solœcismos permiserit.

A. — *DE PARTICIPIIS ABSOLUTIS*

Interdum Sæva absoluto ablativo, more latino, utitur :

Continuant toy, le bien de mon mal
A t'exercer, comme mal de mon bien :
J'ay observé pour veoir, ou bien, ou mal
Si mon service en toy militoit bien (LXV, p. 33). (1)

Quod latine vertas : te pergente.

(1) Cf. LXXIII, p. 37 et Pont. Tyard., *Er. Am.* I, p. 11.

Eum sequitur Bugnonius :

(Ma-Dame) Est de Pallas du chef ingenieus
Celestement, *voulant Dieu*, departie (LXXVI, p. 68).

Et is quidem majore audacia :

me suis adonné :
Servir de cœur et pensée,
Sans que j'en sois detourné
Par quelque autre, *elle offensée* (Ch., p. 49).

Imo hæc, participio sublato, scripsit, quæ vel a latino usu maxime aliena sunt.

Mon luth.....
A cousté de Venus marine
Sera gardé, *elle voisine* (Ode, p. 99).

Quæ si latine de verbo transferres, parum recte diceres, quia participium omissum est, quod quidem raro fit apud optimos scriptores, nisi in aliquo *duce*, *auctore*, *auspice* etc., (Dræger, *Hist. Syntax, der lat. Spr.*, § 585)

B. — *DE DETRACTIONE SEU ELLIPSI*

Brevitati se semper studuisse haud semel Bugnonius professus est (1). Idem ei gratulatur Johannes Duret ; neutri tamen assentiri licet, cum tam sæpe sensus suos detineat ac porrigat.

At si non brevis, ut hac voce in bonam partem utar, esse solet, si pressa non est ac concisa ejus oratio, fit ut interdum, brevitate pessima usus, et usque ad vitium accedens, non languida supervacuaque, sed necessaria detrahat, atque inde obscurus, invito Horatio, evadat. Orationem sæpe non expolivit, sed potius arrosit.

Ellipsin enim immoderate vocis, quæcumque est, recepit et

(1) *Com. sur Ord. de Moul.*, 31.

earum quidem quarum defectu claudicat oratio aut pæne sensu caret. Hoc afferam :

> Mon mal étant *peu* par vous allegé,
> Mon cœur sera tant et tant soulagé,
> Que sentiment il n'aura de blessure (XLVIII, p. 38).

Vides *peu* pro *un peu* usurpari ; quod, si gallicæ linguæ usum respicere velis, toti sententiæ repugnat. Nescio an tamen intelligendum sit *vel parum*, i. e. *même peu*, *fût-ce peu*.

I. — *Deest articulus.*

Supervacuum est te monere a veteribus nostris articulos omissos esse; a quo usu scriptores sæculi decimi sexti nonnihil retinuere. Nam primum multa nomina, quibus nos articulos præponimus, absque articulo illi vulgo scripsere ; deinde, haud rara licentia, vel in aliis, quæ non aliter quam nos soliti sunt tractare, sæpius, brevitatis gratia, articulos neglexerunt. Hæc apud eos, quicumque de syntaxi illius temporis egerunt, legas.

Num audacius quam fit apud ceteros, nostri hac figura usi sint, nescio. Saeva quidem :

> A l'embrunir des heures tenebreuses
> Que *Somnus* lent pacifie la Terre.
> Ensevely soubs *Cortines* umbreuses,
> *Songe* a moy vient, qui mon esprit desserre (CXXVI, p. 60).
> Glorieux *nom*, glorieuse *entreprinse*
> En *cœur* Royal, haut siege de l'honneur,
> Lui feit combatre en si dure *surprise* (LIV, p. 28).

Item Bugnonius :

> Chasse *rigueur* de ta fierté benine (XXIX, p. 25).
> Si jamais fut *loyal-agate* aimée (XI, p. 15).

Sed animadverte in priore exemplo *rigueur* ex illis nominibus qualitatis esse, quibus recentissime articuli sunt præpositi. In altero negatio toti sententiæ implicatur, quo fit ut detractio minus audax sit, atque, ut etiam nunc mos est, excusationem habeat.

II. — *Deest pronomen possessivum* :

Sæva :

Si doulcement le venin de tes yeulx
Par mesme lieu aux fonz *du cœur* entra (XLII p.23).

i. e. de *mon* cœur.

Bugnonius :

O combien est heureuse ta cousine
Clemence, ô toy felice Gelasine :
O toutes deux pour *tres grands* biens aimables! (XVI, 18).

Quam inde fiat incerta, ne dicam obscura, sententia, vides.

III. — *Deest pronomen personæ*

Sæva :

Osté du coì de la·doulce plaisance
Fus mis es bras d'amere cruauté (XCI, 45).
Mais bien *congneus* appertement combien
Mal j'adorois tes premieres faveurs (LXV, p. 33).

Bugnonius :

Envoyés moy, si *voulés* que je vive,
L'un de ces deux : ou n'en *seriés* hastive,
Rien ne me sert de le plus esperer (VI, 13).
Ou me venés au besoin secourir,
De ces grands biens, desquels *étes* pourvue... (VII, 13).
O quel regret que ne *puis* emouvoir
Vôtre rigueur (*Ib*).

Hæc exempla quæ ex eadem pagina attuli satis monent quantam libertatem noster sibi vindicaverit.

IV. — *Deest pronomen reflexivum.*

Frequentissime hoc pronomen abest :

> Que ne dis-tu, de tes graces armee,
> A temperer l'impetueuse armée
> De nos langueurs, que *tu veus* employer.(XXXVIII, 31).

Lege : tu *te* veux employer.

Nec aliter :

> Adieu la nuit tenebreuse
> Qui me regardoit de loin
> Pres de ma-Dame amoureuse
> Retirer, en quelque coin (Adieu, p. 65).

Nota tamen hic fortasse *retirer* vim intransitivam habere.

V. — *Deest verbum.*

Verbum ipsum, quasi inutile, omittitur; dicas eos sensum præcidere, et hinc gratiam sperare, si sententia pependerit, et, quasi hærens, legenti suspicionem sui fecerit. Ex contextu sermonis quod tacetur supplendum est. Jam non usque ad vitium accedunt; sed ipsum vitium amant.

Sæva :

> En son habit tant humainement coincte
> En son humain tant divinement sage,
> En son divin tant a vertu conjoincte
> En sa vertu immortel personnage.... (CCLXXXI, p. 129).

> Le jeune Archier veult chatouiller Delie :
> Et, se jouant, d'une espingle se poinct.
> Lors tout soubdain de ses mains se deslie,
> Et puis la cherche, et voit de poinct en poinct.

> La visitant luy dit : Auroys tu point
> Traictz, comme moy, poingnantz tant asprement?
> Je luy respons : Elle en à voyrement

D'autres asses, dont elle est mieux servie.
Car par ceulx cy le sang bien maigrement,
Et par les siens tire et l'ame et la vie. (CCL, p. 115).

Totum carmen exscribere debui ut intelligeres. Respondet amicus fere hæc : « nostra vero tela habet, quibus melius instructa est ; nam tuis mediocriter hauritur sanguis, illis anima ac vita ipsa rapitur ». Sed quam sit obscurum, sublato verbo, antitheton, vides.

Non abstinuit autem Bugnonius, quin in hac via quoque magistri vestigiis insisteret. Neque semper infeliciter :

Que feroit donq' ton angelique esprit,
Veu que ton seul œillader me surprit,
De vertus une et de graces comblee? (XCVI, p. 86) (1)

Levius enim hæc dixit quam si verbum addidisset : excusatur hoc loco vitium, ut sic dicam, vicinitate virtutis.

Hic vero tota sententia fracta est :

Ta trop plus feinte et fraile affection,
Ton amitié de la mienne maratre
Ta volonté cause de mon desastre,
Mais volonté pleine de fiction.
Ta non ardente outree passion,
Ta grand'constance, impossible d'abbattre,
Contre le fort de mon torment folatre,
Sous le plus beau de ta perfection.

Nullo modo enim intelligo quid significare voluerit, nisi forsan suspiceris in ultimo versu mendose scriptum esse *sous*, quod melius legas *sont*. Tolle vero hanc conjecturam, sensu carmen ommino caret.

In summa ea ratio scribendi nostrorum fuisse videtur ut verba, vel orationi necessaria, si parva essent, omitterent, aut potius, nescio qua brevitatis cura, rejicerent.

Quo quantum non in communem modo usum sed et in

(1) Cf. Pont. Tyard. : Quand je te vis toute femme passer
En vertu haulte, et douce beauté nee (41).

ipsius francogallicæ linguæ naturam peccaretur, jam æquales intellexerunt.

Non possum enim facere quin suspicer Ronsardum nostrorum carmina, quæ perlegerat, respexisse cum hæc scriberet : « Tu n'oublieras jamais les articles et tiendras pour tout certain que rien ne peut tant defigurer ton vers que les articles delaissez; autant en est-il des noms primitifs comme *je*, *tu*, que tu n'oublieras non plus, si tu veux que tes carmes soient parfaicts et de tous poincts bien accomplis (VII, 329). »

C. — *DE VERBORUM ORDINE.*

Quod jam supra dixi, non nova invenisse nostros sed nova licentia extra fines provectos esse, libentius repetam. Scilicet non ii sunt quorum compositio, sententiæ quasi ancilla, semper recte eat, molliter labatur ac prosæ parum sit dissimilis. Imo contra verba ita loco mutant ut magis dispersa quam juncta videantur.

I. — *Verba inversa.*

1° Nominativus verbum sequitur, præponitur accusativus :

Aucunement hayr ni dedagner
La cruauté manifeste et aperte
Sienne envers moy ne me feront les dieus (LV, p. 45).

2° Præit participium, sequitur nominativus, tertio verbum ponitur :

Au plus profond de mon cœur enchassées
Les graces sont de ma toute divine (XXVI, p. 24).
Mon cœur, par qui servie
Celle est toujours qui rengrege ma flame (XV, p. 17).

Hujus generis figuras vix est quod notes, quæ apud ceteros illius ætatis poetas frequenter obviæ sunt.

Sed hæc sunt quæ rarius inveniantur, et in speciem solœcismi cadant :

Aux blondz cheveus Apollon (XC, p. 81).
Croy de Feurs Mademoiselle (XIIII, p. 17).
Maugré le sort de fortune l'adverse (LVII, p. 47). (1).

Nam constantem linguæ usum, inversis non solum appositis, sed ipso articulo, omnino eversum vides.

Quod parum esse judicavit. Non in uno tantum sententiæ membro, sed in tota circumscriptione multa et insueta ausus est. Compositio inde præfracta est atque aspera ; eam disturbat de industria, et, ut videtur, animi gratia ; non vult sine salebra esse juncturam, egregiam nempe putans et fortem, quæ non ex more sit, sed aurem novitate et inæqualitate percutiat.

Relativa, quibus natura ipsa incipere membra voluit, apud nostrum haud raro secundum, imo tertium locum obtinent.

tesmoins des grans doleurs
Cruellement *que* ma vie supporte (IX, p. 14).
Nôtre Macon *laquelle* emperle et dore (LVIII, p. 47).
Aussi sont ils l'entier contentement
De nos soleils, trop prodigalement
Qui leurs rayons dessus eux abandonnent (V, p 12).

Pari licentia conjunctiones pelluntur :

l'on pourroit assurer bonnement
Pour regarder *que* les Dieus nous les donnent. (V, p. 12.)
Si elle n'est en l'art de Rhétorique
Moins docte, en tout *qu*'autre bon art pratique (XCIIII, p. 85).
Que je voulusse en fait *que* moins en dit (XXXI, p. 27).

(1) Sic etiam dixit : *par moyen vôtre = par vôtre moyen.*
Ceterum miro raroque modo possessiva Bugnonius, haud secus ac Sæva, possessiva pronomina exstruit :

Aucunement hayr, ny dedagner,
La cruauté manifeste et aperte
Sienne envers moy, ne me feront les dieus. (LV, p. 45),

Item conjunctio procul a membri initio rejicitur, quod cum prædictis conjungendum est.

Contre les Turcs *et* adossez vos armes (CXIII, p. 101).

II. — *Verba disjuncta.*

Non semel veteres separaverunt quæ nos jungimus, Ronsardusque ipse ea libertate utitur. (V. Becker, *Synt. Stud. über die Pleïade*, Darmstadt, 1885, p. 51)

Eodem modo Sæva :

Pour non la fin a mon doulx mal *prescrire* (LXXVI, p. 38)

Neque hoc loco tantum verbum a negativa particula disjunctum est, sed idem differtur, et diu exspectatum, vix ad clausulam redit.

Ac Bugnonius :

Qui voudra...
D'icy dedens *lire* prenne la peine (II, p. 11)
Pour les deux yeus de ma Riante *ébatre* (XXI, p. 21).
Entre une *grand'* de dames *legion*. (XVIII, p. 15).

Sed, ab iis profectus, non dubitavit ea, quæ arctissime vincta esse debent, nullo sensus ipsius respectu, disjungere :

Que *le vainqueur* m'infligea *des hautz dieus* (LI, p. 40).
Que pour aimer,
Dit-il, *d'amer,*
Le cœur de Phidie supporte ! (Pan., p. 113).
Mortele o *Cytheree* (XIV, p. 17).

Inde in meram incidit insaniam. Nam quis sensum his subjectum intelligat :

Si bien qu'elles se rangent
Enfin qu'en soit mon martyre allegé (XXII, p. 21),

nisi ordo restituatur : qu'elles se rangent si bien que mon martyre en soit enfin allégé.

Ita sæpius fit ut ne unum quidem verbum suum locum obtineat et potius sparsa quam collocata esse videantur.

> Est de Pallas du chef ingenieus
> Celestement, voulant Dieu, departie (LXXVI, p. 68).

Nonne hæc tibi in mentem ludum illum revocant, quo pueri disjecta fragmenta copulare ac coagmentare student, unde imago figuræ vel regionis efficiatur? Quid sibi vult ista periodi structura? Nonne est cur putes eam jam non eò spectare ut in verbis sensus ac significatio lateat, sed potius in litteris et in syllabis sonus quidam sit vel color, qui nostros affectus moveat, quasi poeta, haud secus ac musicus aut pictor, modulatione tantum ac sonis aut vocum coloribus animos in diversum habitum queat afficere? O æternas rerum vices! Vetus est, inquam, illa affectatio, qua se nostra ætate quidam novis rebus studere jactant, tanquam sit quidquam sub sole novum et inexpertum.

Sed ad rem revertamur. Equidem nescio quis Ronsardum inversioni, more Græcorum Latinorumque, primum apud nos indulsisse contenderit. Sed si illius versus cum Bugnonii conferas, potius credas illum, hæc cum scriberet, posteros monuisse ne in tantos errores delaberentur : « Tu ne transposeras jamais les paroles ny de ta prose ny de tes vers ; car nostre langue ne le peut porter, non plus que le latin un solecisme. Il faut dire : Le roy alla coucher de Paris à Orléans, et non pas : à Orléans de Paris le roy coucher alla (III, 26, 1572). » (1)

(1) Mire cum hac docta ac pæne latina lingua pugnat orthographia Bugnonii, quippe quæ, supervacuis litteris minime implicata, fere cum nostra congruat, imo aliqua ex parte verior ea rectiorque sit.

CONCLUSIO

Jam vero hujus operis, multo longius porrecti quam nos putavimus et tibi forte placuit, finem faciamus.

De Bugnonio ipso satis dictum est. Valde enim dubito an nunquam inter Matissanam civitatem et Lugdunum certamen oriturum sit, idem quod olim de Homero, utrius civis potius habendus sit. Viro, quantum scire licet, bono et satis erudito nec litterarum amor, nec in labore pertinacia defuit, qui, rebus privatis fere obrutus, vix annum prætermiserit quin aliquem vigiliarum fructum in lucem ederet. Defuit vero, seu scripta de jure, seu alia spectes, judicium ingeniumque. Neque immerito ejus Amores obsoleverunt, qui in rebus levissimis gravis, in jucundis horridus, in simplicissimis putidus obscurusque fuerit.

Attamen si memineris res humanas ita inter se cohærere, ut nihil ex nihilo fiat, et litteras ipsas non uno saltu progredi, sed et illis scriptoribus opus esse, secundas vel tertias partes agentibus, quorum, ut ita dicam, ex pulvere majores oriantur et fiant, non omnino irritus ibit hic labor.

Primum forte erit, qui, me suadente, animum inducat origines hujus sectæ diligenter ac penitus dispicere, quæ nuper nos stupere magis quam mirari voluit.

Deinde de Pleiadis originibus non omnia dicta sunt, imo multa restant digna quæ dicantur; nam qualis fuerit is motus jam satis constat, unde ortus sit, mea quidem sententia, obscurum est, nec minime his, quæcumque de Sæva disserere velis, illustretur.

Ego vero satis habebo si, inducto illo obscurissimo Bugnonio, monuero latius opinione increbruisse et longius vixisse

nomen Sævæ, qui non Claudium Taillemontium modo discipulum habuit, sed aliquantisper poetarum turbæ viam indixit, cui proximam Ronsardus suam fecit.

Noli enim, quo multi erravere, superbis hujus Bellaiive verbis confidere, qui omni modo sibi orationem, sententiam, opus denique peculiare vindicaverunt. Num quisquam novarum rerum fautor est qui aliter egerit? Num Malherbius, num Victor Hugo? Omnes audire, quatenus vero mentiantur aut fallantur, discernere oportet.

Seu autem illum vulgi contemptum, seu antiquitatis amorem, in dicendo sentiendoque curam, in loquendove audaciam spectes, Ronsardus Sævaque pares.

Non quod contendam illos erravisse qui ex antiquo fonte flumen Ronsardicum profluxisse dixerunt, sed aliquid tamen credo eum retinuisse a Sæva, quod ipse Ronsardus confessus est, et æquales, inter quos Quintilius Censor, viderunt. At quod hi in exprobrationem vertebant, eum a Sæva nonnunquam discessisse, tanquam sola superbia fecisset, id nobis, rebus perpensis, prudentiæ potius videtur assignandum et laudi dandum. Vidit nonnulla quibus peccaverat amicus Deliæ, vidit meliora, secutusque est. Noli enim oblivisci quod nos de illis græcis latinisque verbis catervatim inductis, de ipsius syntaxis, quæ cujusque maxime linguæ propria est, eversione, diximus. Cum id Ronsardus Sævæ non assensus sit, sed cautius timidiusque de lingua egerit, omnino diluuntur hæc crimina, quibus tamdiu damnatus memoria pæne excesserat, nam majorem culpæ partem magistris in se recipientibus, manifestum fit illum rerum novarum fautorem temerarium (pace Bolæi dicam) potius ad sapientiam regressum quam ad insaniam progressum esse.

APPENDIX I

VITA BUGNONII EXCERPTA

EX P. BULLODII « LUGDUNO SACROPROFANO »

Bib. Lugd. cod. Ind. quart. p. 82 (1).

Philibertus Bugnonus origine Matisconensis sed commoratione et obitu Lugdunensis J. U. d. et in præfectura causarum Lugduni patronus, vir eruditus et laudandus nisi labe hereseos se suaque scripta infecisset. Rubys. lib. 9 hist. lugd. cap. 47, meminit libelli IV Bugnonij de legibus abrogatis (2). 2. Antonius du Verdier multa ejusdem opera recenset edita tam stricta quam soluta oratione in Bibliotheca et additionibus. 3. Versus affigit historiæ Paradini et elogium tumulo Macuti Pomponii senatoris Divionensis; 4. Scripsit historiam Matisconensem quam sequitur et laudat passim Severtius in Matisconensibus episcopis.

In qua homo hæreticus primus ausus est scribere [ex suppositis chartis que ait extare in Archiviis urbis Matisconensis] (3), fabulosum esse quod scripsit Petrus Venerabilis, abbas Cluniacensis, in probis et magnis notus (4) lib 2 de Miraculis cap. 1.

Ante illum chronicon Cluniacense Hugone 2 abbate 8 editum in bibliotheca Cluniacensi pagina 1647, et post illum Belforesius lib. 2 cap. 64 et lib. 3 cap. 35, et Andreas a Quercu (du Chesne)

(1) Exstat in Bib. Monspeliensi idem opus, in quo hæc vita quoque servata est IV, 355.

(2) Vidi ordinationes politicas pro urbis [Lugd.] (a) regimine quas edidit anno 1573 et quas dicat Hieronymo de Chastillon præsidi in sedibus Lugd. et curia suprema Dombensi. Hæc in margine codicis.

(3) Hæc verba quæ in margine codicis Lugdunensis addita sunt codex Monspeliensis in scripturam recepit.

(4) Cod. Monspeliens. : *et probatus.*

(a) Addo *Lugd.* ex codice Monspeliensi qui hac nota enumerationem librorum incipit.

lib. 3 de regno Burgundiæ cap. 61, sed diserte M. Joannes Germanus episcopus Cabillonensis in mappa mundi verbo Matisco, anno 1449, scilicet comitem Matisconensem simul et Cabilliononensem, Gothofridum, vel ut alii volunt, Willelmum, decimum quintum comitem fuisse a cacodæmone abreptum. Audi Bugnonij eggregium commentum : « Dum deambulavit (ait) comes circa mœnia a monachis Cluniacensibus in speciem dæmonum vestitis occisus est ». Quod putidum hæreticorum Matisconensium figmentum subjectæ rationes videntur eventilare : 1. quia a tempore Petri Venerabilis usque ad Bugnonum de veritate historiæ dubitavit nemo. 2. Nullus hystoricorum negat Gotofredum vel Villelmum comitem fuisse talem qualem describit Petrus, longe exuperantem aliorum prædonum nequitiam, qui non solum ex parte Ecclesiarum substantias diripuerat, sed reditus earum omnes cum suis possessionibus sibi tyrannica violentia subjugarat, quod, ait Petrus, patet ex ruinis Ecclesiarum, etc. 3. Patet ex historia regum Francorum qua videas Philippum Augustum (ex Belleforesio lib. 3, cap. 53, an. 1164 et Roberto Gaguino in Augusto lib. 6) castigasse Imbertum de Bellijoco et Cabillonensium comitem qui predas (ait) ex sacris locis agentes viros religiosos magnis incommodis vexarant, præventi, ait Belleforesius lib. 3, cap. 59. anno 1181, opiniones pauperum de Lugduno [qui ecclesiasticos bonis temporalibus privandos esse prædicabant] (1). Sed observa verba Roberti Guaguini lib. 6 compendii in Ludovico juniore : ubi castigato Guillelmo Podiensi comite et Claromontensi principe et Polliniaci vicecomite quod ecclesias popularentur. Rex prælio victos in vinculis habuit, scilicet Willelmum. Anno 1168. ex Belfores.: tum pergit Robertus, movit in Cabillonensem comitem qui cum Cluniacensis spoliandi loci causa, satellitibus stipatus proficisceretur cænobitas sacratis Deo vestibus ornatos, cum multa plebe illi obviam occurrentes reverenter, spoliavit, quingentis ex populo interfectis; quod flagitium ulturus rex Cabillone et monte S^ti Vincentii receptis quæ comitis erant, bipertitoque principatu, Burgundorum duci partem, alteram Nivernorum comiti dedit. Adde 4. Imbertum Bellijocensem pænituisse ut vidimus *indice de claris militia* : nihil autem reperivi de pænitentia comitis Matisconensis propter quam a

(1) In margine cod. Mons. Desunt in codice Lugd.

dæmone abripi comitem quis non hæreticus judicabit impossibile, clamantem Matiscone, ut fert historia, et non in sylvis, succurrite, cives! 5. Denique veritatem historiæ probat ostium palatii Matisconensis, per quod abreptus est comes, clausum quod qui voluit postea aperire Otgerius comitis præpositus, ipsemet a dæmone abreptus est, ut scribit Petrus Venerabilis. 6. Si fabulosa fuit hæc historia, quare permissum abbatibus Cluniacensibus illam non solum in Chronico Cluniacensi sed etiam in parietibus depingere Ecclesiæ, et ex Archiviis proferre testimonia sepulturamque ostendere, Guidonis 3 filii comitis abrepti, qui tactus territusque tam prodigiosa patris sui morte et bona ecclesiastica injuste a patre accepta restituit, et relicto comitatu, cum 30 aut viginti ex domesticis sacrum Cluniacensium habitum assumpsit, seque Cluniaci totum divino obsequio mancipavit, quod plane ridiculum fuisset si patrem suum venantem in forma dæmonum monachi diripuissent et discerpsissent, ut affert Bugnonus. Neque omittendum quod refert Andreas Quercetanus in notis ad caput 1 lib. 2 de Miraculis a Petro Venerabili conscriptis : Non absimile (ait) jam antea contigit Guillelmo vel eidem vel alteri Matisconensi comiti. ut narrat Ademarus in chronico Augustanorum his verbis : « Guillelmus cognomento Buccauncta, comes Matisconensis, quoniam monachos Cluniacenses cœnobii vexabat, censura ab abbate percussus gressum movere, cum ambulare vellet, non potuit ».

Et hæc dicta sufficiant in defensionem Petri Venerabilis et impugnationem tam hæreticorum Valdensium seu pauperum de Lugduno, quam hæreticorum Calvinistarum quos tuetur Bugnonus, eorumdem sectator eggregius.

APPENDIX II

VITA BUGNONII

AUCTORE COLLETET

Ms. Durand de Lançon. B. N. Nouv. acq. fr. 3073, p. 101-102.

PHILEBERT BUGNYON

1567

Il naquit en la ville de Mascon en Bourgogne, il fut avocat en la senechaussée et siège présidial de Lyon et au parlement de Dombes et depuis conseiller et avocat du roi en l'élection de Lyon et pays lyonnois : il avoit une haute connoissance du droit et des coutumes, il écrivait raisonnablement en prose, et il faisoit aussi des vers. Ses poësies qu'il fit imprimer à Lyon, in-8°, l'an 1567, soigneusement et en fort beau caractère (1).

Je ne ferai point ici un catalogue de toutes ses œuvres latines et françoises en prose, ce qui n'est pas son (2) dessein, mais on en peut voir les titres dans la Bibliothèque de Bourgogne du père Jacob. Je dirai seulement que ses *Commentaires sur les ordonnances des Etats généraux tenus à Blois par le roi Henri 3*, imprimé[s] pour la seconde fois à Lyon, l'an 1583, que son *Traité des Loix abrogées et inusitées en toutes les cours du royaume de France*, imprimé pour la troisième fois à Lyon, l'an 1572, avec son portrait en taille de bois et que ses *Remarques sur l'apologie [de] l'orateur Lysias, sur le meurtre d'Eratostes* surpris en adultère sont des ouvrages véritablement dignes de la réputation qu'ils ont eu[e] de leur temps.

(1) Suspicor aliquot verba deesse. Ceterum animadverte aut scribam aut ipsum Colletet de tempore erravisse, nam *Erotasmata* anno 1557 in lucem venerunt.

(2) Lege : mon.

Quant à ses vers, comme je le blame de les avoir fait imprimer, je le loue au moins de n'y avoir pas mis son nom, et si nos bibliothèques (1) ne les lui avaient injustement attribué[s], je ne voudrois pas lui faire cette honte de publier qu'il en est l'auteur. Il composa donc *la déploration élegiaque sur le trépas* [*du*] *Grand maître de Malthe Jaques de la Valette*, *imprimée à Lyon, l'an 1568;* une autre *déploration sur le trespas de la Reine d'Espagne* Isabelle de Valois, imprimée au même lieu et en même année.

Souhait du peuple françois sur le retour du Roy de Pologne l'an 1574 et la continuation du même souhait.

L'estime (2) *Nuptiale en l'honneur de Pierre de Rozel et de Françoise de Savaz sa femme,* imprimée en Avignon l'an 1554.

Je ne citerai rien de ce poëme, mais je ne saurais m'empêcher de parler de son livre extravagant et ridicule qu'il intitula *Erotasmes de Phidie et de Gélasine avec le chant panégyrique de l'île Pontine*, imprimé à Lyon l'an 1567, ce que j'appelle ses œuvres poétiques, puisque c'est un volume assez gros de diverses poësies amoureuses et d'autres sujets indifférents, le tout composé de sonnets, d'épigrammes, d'odes, d'élégies et de plusieurs autres sortes de vers, et afin que l'on ne croie pas que je l'aie accusé à tort d'être mauvais poëte, voici le premier de ses sonnets pour Gelasine :

Macrin sa Gelonis rend par vers immortele,
Pontus sa Pasithee, et Ronsard sa Cassandre :
Du bellay le los fait de son Olive entendre,
Eternise Muret sa Margaris fidele.

Sa Sainte Des-autels desire toute tele,
Que ses freres divins, leurs gracieuses rendre.
Les dames sont l'objet de la jeunesse tendre
Par nombres mesurez qui ses amours decele.

(1) Draudius, Jacob, Duverdier.
(2) Lege : Sestine.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 2 : Ex documento in Insinuationum regestis servato (Arch. Rhod. 1579 f° 199, 23 fev.) constat Bugnonium avunculum fuisse Francisci de Turretin, « gentilhomme ordinaire de messeigneurs et dames le duc et la duchesse de Nemours », cui adfuit, cum in matrimonium duceret Jacqueline de Joncti, « dame de la Bussiere en Maconnois ». Hoc, impressa jam operis hujus priore parte, mecum communicavit benevolentissimus vir Frécon, causarum patronus, familiarum Lugdunensium peritissimus.

P. 6, n. 1, l. 4 *lege* Bugnonii

P. 10, l. 4 *lege* dicendo se posse desperavit,

P. 14, l. 19 *adde* : cf. p. 61.

P. 17, l. 25 *lege* in Deos

P. 24, n. 3, l. 2 *lege* etiamtum

P. 28, n. 3, l. 8 *lege* At Sæva

P. 29, n° 15. Mira quidem negligentia me fugit dicere Arnoldum Neyron, de quo hic agitur, uxorem duxisse Johannam Thevenon, filiam Johannis et Magdalenæ sororem. V. Arch. Rhod. *Ins. reg.*, dec. sept. 1585 f° 39. — Unde lis orta sit, facile nunc vides.

P. 30, n° 21 : In *Harangue de Lysias contre les marchands de bled de son temps* Bugnonius testatur se opera omnia Lysiæ in latinam linguam transtulisse : « Ces eloquens orateurs sont tant plus difficiles a traduire en une autre langue, comme j'en fis l'experience en Lysias mesme, l'an mil cinq cens soixante-deux par ma version latine de toutes ses œuvres, entre lesquelles s'estant rencontree l'oraison prononcee contre les marchans de bledz, contenant presque les mesmes abus qui se commettent aujourd'huy... » (Pref.)

P. 42, l. 6 *pro* debere *lege* oportere

P. 50 : Alteram donationem accepit Bugnonius : nam 22 Aug. CIↃIↃLXXIX Odoardus de Jussieu et Claudius de Jussieu, filii functi Claudii de Jussieu, ei dederunt domum quæ in via dicta

Merciere stabat « pour les bons et agreables conseils, services plaisirs et conseils qu'ils ont receu de luy. » (Arch. Rhod. *Ins. reg.* 22 aug. an. MDLXXIX, f° 183 v°).

P. 52, l. 1 *lege* alterutrius

P. 76, n. 1 *lege* eos ad Erotasmata

P. 77, l. 3 a fine, *lege* afferre.

P. 84, l. 12 *adde* (1).

P. 93, l. 1 *lege* exscribere

P. 108, lin. extr., *lege* obtineat..... feminina.

P. 109, *statim sub titulo lege* : *A. Adjectiva ex particula* in-*composita, quæ verba l. 18 delenda sunt.*

P. 118, l. 6 *adde* Cf. supra p. 93.

— l. 16 *lege* Plinio et

P. 127, l. 1 *adde* (1).

— n. 1, l. 12 *lege* lævare.

P. 136 n. 1, l. 2 *dele* possessiva

I. — INDEX RERUM

II. — INDEX VERBORUM AC LOCUTIONUM

Vidi ac perlegi

LUTETIÆ PARISIORUM, IN SORBONA,
a. d. VII. Kal. mart. ann. MDCCCLXXXXI.
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,
A. HIMLY

TYPIS MANDETUR.

ACADEMIÆ PARISIENSIS RECTOR,
GRÉARD